

This volume contains the following five works by Messahallah
Click each title below to access the notice and the corresponding text:

De cogitatione

Epistola in rebus eclipsis

Liber receptionis

De revolutionibus annorum mundi

De significationibus planetarum in nativitate



MESSA HALA

A N T I Q V I S S I M I A C
L A V D A T I S S I M I I N T E R A R A -
bes Astrologi, Libri tres: nunc primum illustris
Principis ac Domini D. Georgij Ernesti Comi-
tis Hennenbergensis celebri famæ ac gloriæ
dicati, & editi à Ioachimio Hellero No-
ribergensium Mathematico.

Vasa multorum astrologorum. ex aucto. Frederico II.

Liber primus de Reuolutione annorum mundi.
Liber Secundus, de Significatione Planetarum in
natiuitatibus.

Liber Tertius, de Receptione.

Spaniens d.

Singulorum librorum capita initijis ipso-
rum præfixa inuenies.

27
Burgundia 7 800

Norimbergæ, apud Ioannem Montanum,
& Ulricum Neuberum, M.D.XLIX

АЛАН 22 ЕП

ОГЛАДИВАНИЕ

и АНАЛИЗІСІ
з АКТІВІСТИЗМОМ
і ПРОФЕСІОНАЛІЗМОМ
Публічного відповідального
чиновника та його колег

— 67 —

Софія, 18 лютого 2013 р.

Університетський
Інститут
Варбургського
Інституту
Університету
Лондону

Сигн. № 100

Міжнародний
Інститут
Міжнародних
Відносин

2

AD ILLVSTREM.

AC GENEROSVM PRINCI-
PEM AC DOMINVM D. GEORGIVM
Ernestum Comitem Hennenbergensem, Nunc pa-
torium Carmen Ioachimi Helleri Leucopetræi.

SVmma fuit ueterum regūq; ducumq; uoluptas,
Illustris Princeps atauis, Erneste Georgi,
Et motus cœli, cognataq; sidera summis
Scrutari Diuis, & fata regentia mundum.
Scilicet ingentes animi, sublimia corda,
Ætheream lucem (mortalia fœda perosi)
Quærebant, patrij lustrantes limina templi.
Turpe erat, errantum tanq; de more ferarum,
Semisepulta putri, defossaq; lumina iœno
In turpi fixisse solo: Sed tollere sursum,
Fulgentesq; notare oculis stellasq; domusq;
Hoc opus, hic labor unus erat. Sic cognita tandem,
Ac subiecta homini sunt conscientia sidera fati,
Et quæcunq; uagi spaciofa uolumina mundi
Obscuris habuere prius demersa latebris.
Hinc Lybicus memoratur Atlas, quē prodidit axem,
Sustinuisse micantem humeris, stellisq; coruscum,
Heroum fingens uariè ingeniosa uetus las,
Et quasi picta sua referens decora inclyta laude,
Sic tuus, O tellus Bœotica fortis Orion
Dicitur assiduo studio comes isse Dianaæ,

A ij Dum

Dum didicit uarios cursus, ac tempora Lunæ.
Indè onus Atlantis subiit Tirynthius heros
Actulit ardenter stellis lucentibus orbem,
Edoctus cœli leges Chirone magistro.
Nec minor Herculea fuit, indignusue labor ui.
Quid poterat maius tentare? atq; intima mundi,
Astrigeræq; domus penetralia cum duce tanto
Scandere, metiriq; orbes ac sidera cœli.
Heroum uirtus hæc sancta, ducumq; potentum
Accedit studium generosæ posteritatis.
Ista suos mirata duces ad sidera tollit,
Æternamq; tenere inter flagrantia famam
Corpora stellarum iubet. Hinc est clarus Orion
Sideribus, rapido iunctusq; Hyperionis orbi
Centaurus, pulchrisq; nitens Tirynthius astris,
Cuius & immensos, signa ad duodena labores
Antiqui retulere chori. Sic notior Orpheus
Est lyra, diuino quæ uastas carmine sylvas,
Æquora, saxa, feras, homines commouit & ipsos
Sæpe Deos, resonansq; poli secreta, uiasq;
Emeruit rutilas inter non infima stellas
Nomina, quæ poterit non ulla abolere uetus.
Hæc pia posteritas dabit immortalibus illis
Heroum meritis decora immortalia, donec
Sublapso magnus sub cardine corruet orbis.
Spontè hic nobilium Nili prope flumina regum,
Nomina prætereo uix enumeranda, nec istis
Versibus apta, & quos Romanaq; Graiaq; tellus,

Et claris

Et claris fœcunda tulit uirtutibus olim,
Teuthonis ora uiros, quos uirtus prodiga summis
Æquauit ducibus, priscisq; Heroibus illis.
Quos utinam nostro licuisset tempore nasci,
Aut nos illorum, quorum nos libera uirtus
Ad sacra templa poli ueheret, raperetq; per auras
Ætherias, dignis meritis & honoribus auctos
Essent qui rapidis penetrarent aëra pennis,
Et cœli ingenijs possent transcendere nubes.
Nec tam sollicitè legeret mea Musa patronum
Te, Princeps Erneste, paremq; Heroibus ilis:
Sed inulti similesq; tibi, similesq; uetus tuis
Spontè offerrentur proauis, qui nostra iuuarent;
Heu nimium contempta isto studia aurea seculo.
Essent, quos olim coleret non degener ætas,
Atq; inter cœli numeraret lumina: Sed nunc
Inuidi nos passim reprimunt & tristia fata,
Ferrea quæ nobis pepererunt secula, ferro
Armorumq; usu prostratis artibus, At tu
Quæso faue studijs his, Illustrissime Princeps,
Ac mitis nostro precor aspirato labori.
Hoc tua te uirtus monet, & generosa uoluntas,
Et Patres Proauicq; tui, clementia quorum
In te nunc generis cum nobilitate reuixit,
Ingenio cognata tuo, sancte insita menti,
Quæ te sæpe sacros Musarum ducit ad amnes,
Vraniae dulcis cœlestia pocula libans.
Macte ista uirtute tua, clarissime Princeps,

A ij Quæ

Quæ iungunt te magnanimis Heroibus, alto
Inscriptura tuum superorum nomen Olympo.
• Quare age siue premūt nunc improba tempora, se ut
Arma mouent, istum non auerteris honorem.
Sic Larissæus Mauortia natus Achilles
Ad bella, inclypto cœlestia signa gerebat,
Pleiades. Arcturumq; Hyadasq; Atlantiadesq; sorores;
Vrſa ad po- Parrhasiamq; feram, positam sub uertice celo,
lum Arcti Qua per Hyperboreum mūdus conuertitur Arcton,
cum. Et reliqua astriferum pingentia lumina cœlum.
Haud aliter primus Romanæ conditor aulæ
Iulius, Imperijq; parens, quod præsidet orbi,
Sæpe inter castra, ac media inter prælia sæpe
Stellarum, cœliq; plagiis intentus, auara
Tempora seruabat rebus tribuenda gerendis.
Nunc quoq; Iulæo similis, non cœca, sed alto
Consilio captat rata tempora rebus agendis
Carolus, & facili fortunam temperat arte.
Ergo siue almæ fœlicia commoda pacis,
Seu iam bella nouas petis in Mauortia uires,
Hæc tibi Messalæ monumenta uetus legantur,
Quæ diuersarum monstrant moderamina rerum,
Quæ mala sint uarijs, quæ prospera casibus, aut quæ,
Sint aduersa astris, cœloue secunda loquuntur,
Qui sint fatales populis ac regibus anni,
Quæ pestis, steriliue soli, aut decreta tremendi
Tristia sint belli stellarum influxibus. Aut quæ
Fertilitatis sint fœlicia signa futuræ,

Et san

4

Fridericus
secundus,
qui curauit
Astrologia-
eos libros
ex Arabico
sermone in
Latinum
transferre.

Et sanctæ pacis cœlo demissa supremo.
Hæc quia consilijs regum conducere sensit,
Seruauit nobis Friderici prouida cura
Cælaris, hoc autore sonat nunc uerba Latina
Non prius intellectus Arabs, deîn tempore longo
Regia delituit inter monumenta Mathiæ,
Ære parata graui, Quæ proh fata inuida Musis
Impius abripuit miles, cum Buda Getarum
Victa manu fieret Getici noua præda Tyranni
Qui tamen hunc rapuit medio ceu miles ab hoste,
Vendidit in celebri prudentis Noridos urbe,
Hæc antiquorum nunc inclyta munera regum,
Illustris Princeps, emittimus eruta priscais
Archetypis, laudiq; tuæ, generiç; dicamus,
Et tua perpetuo coniungimus insita cœlo
Nomina perpetuis non interitura diebus,
Egregijs & digna tuis uirtutibus Heros,
Et genere haud indigna tuo, quod fertur ad astra,
Victurum donec stellis fulgebit Olympus
Lucidus, & terris orta atq; cadentia signa
Prouehet. Officium placido precor accipe uultu
O Erneste meum, nostri spes inclyta secli.
Sic tibi perpetuos dabitur superesse per annos,
Sic tibi cum stellis decus immortale manebit.
Sic pro te fient hæc publica uota, Georgi,
Viue, Vale, spes Aonidum mitissime Princeps,
Cuius in auspicijs, & claro nomine primum
Messalæ luciç; nouæ monumenta, piæç;

A iij Lau.

Laudibus æternis mandantur posteritatis.
Floreat Hennenbergiadum generosa potentum,
Illustrisq; domus, cuius nunc magnus alumnus
Reuera est profugis & portus & aura Camænisi.

T, Celsitudinis
Deditissimus.

Ioachimus Hellerus Noriber-
gensium Mathematicus.

IN MESSAHALAM ARABEM
ad Ioachimum Hellerum Mathematicum,
Gaspar Bruschius Poëta.

Cum non manserimus quales nos condidit ipse
Qui mundi Deus hæc omnia regna tenet
Sed patris antiqui uestigia foeda sequentes
Infecti uarijs simus ubiq; malis:
E' quibus ipse tamen nos uult emergere rursus
Pulchra immortalis qui regit astra Deus:
Multas inuenit rationes conditor orbis
Per quas in uerum nos reuocaret iter.
Principio Gnatum pro nobis tradidit, ille
Vt nobis iterum monstret ad astra uiam,
Mox uerbū dedit, ut per idipsum etiā omnibus horis
Amissarum olim commoneamur opum:
Vtq; emenda hæc inuitemur ad inclyta uitæ
Cœpta, quibus patri haud sunt mage grata Deo:
Innumeros

Innumeros dedit insuper h̄c & ubiqꝫ Prophetas
Qui uerum nobis concionentur iter
Sic rutilis uires arcanaſ indidit astris:
Quæ preſaga, hominum fata notare ſolent.
Vt ſi ſint nobis bona fata oſtenſa, parentis
Æterni largas conſiteamur opes:
Sin mala, ſurgentem tumidas, flectamus, in iras.
Vt ſaltem oſtenſas mitiget ille minas
Vana ſuperſtitio ſtudio procul ab iſto,
Namqꝫ Dei uetita eſt legibus illa ſacris:
Natura duce quæ fiunt hæc ſola ſequamur,
Quæ contra: ut stygias defugiamus aquas.
Hoc cum fine colas dominam Ioachime Matherin,
Imprimis labor eſt utilis ille tuus,
Quo ueterū illuſtras monumenta antiqua uirorum,
Queiſ erat in ſuperas ſcandere cura domos:
Macte igitur pietate iſta: numeraberis inter
Fœlices animas ſic Ioachime, uale.

C A P I T A L I B R I M E S S A H A L Æ
de reuolutionibus annorum mundi.

Caput 1. De locis luminarium ab abſcendente
Caput 2. de triplicitatibus.
Caput 3. de diuisione terræ
Caput 4. Quando neceſſe ſit ſingularum quartarum
reuolutiones facere.

A 5 Caput

- Caput 5.** de inueniendo dominum anni,
Caput 6. de partibus ac testimonijs Planetarum.
Caput 7. De luminaribus cum fuerint in angulis.
Caput 8. Quando dominus anni committat dominium alteri.
Caput 9. De fortitudine domini anni,
Caput 10. Quando dominus ascendētis fiat dominus anni.
Caput 11. Quæ aspicienda sint in iudicijs de regibus & rusticis
Caput 12. Quando dominus anni fuerit cadens,
Caput 13. De fortitudine & debilitate domini anni
Caput 14. De aduersario regis,
Caput 15. De impedimento regis,
Caput 16. de loco domini anni,
Caput 17. De significatione Mercurij & Lutiæ,
Caput 18. De fortitudine luminarium,
Caput 19. De Planeta cui iungitur dominus anni,
Caput 20. Quando dominus anni & significator regis fuerint retrogradi,
Caput 21. De bello,
Caput 22. De significatione trium superiorum,
Caput 23. De anno timendo,
Caput 24. De significatione capitis & caudæ Draconis Lunæ,
Caput 25. De significatione cuiuslibet Planetæ, cum fuerit tardus retrogradus, uel directus in significacione bellorum.

Caput

- Caput 26.** Qui sit futurus regis status, quando signif-
icator eius ingreditur combustionem.
- Caput 27.** Vtrum futurum sit bellum, & quis adipisca
tur uictoriam.
- Caput 28.** De impedimento ciuium ipsius climatis?
- Caput 29.** De inimicis regis,
- Caput 30.** De luminarium potestate,
- Caput 31.** De diuisione mundi secundum tres Plane-
tas superiores.
- Caput 32.** De diuisione climatum.
- Caput 33.** De natura uentorum ac triplicitatum.
- Caput 34.** De numero ciuitatum in quolibet climate.
- Caput 35.** Quando Sol committat dispositionem su-
am Lunæ.
- Caput 36.** De significatione Martis & aliorum Plane-
tarum in angulis, cum fuerint domini anni.
- Caput 37.** De calamitatibus anni.
- Caput 38.** De significatione Planetæ, quando ingre-
ditur aut egreditur combustionem.
- Caput 39.** significatione Saturni, quando est in exalta-
tione sua.
- Caput 40.** De Eclipsi, si qua in eodem anno fuerit.
- Caput 41.** Quando Sole efficiatur signifikator regis.
- Caput 42.** De stature regis in eodem anno,
- Caput 43.** De impedimento rusticorum,
- Caput 44.** De detrimento regis,
- Caput 45.** De significatione Martis.
- Caput 46.** De significatione Saturni in triplicitati-
bus suis,

ἘΠΙΓΡΑΜΜΑ.

γαῖαρ ὅμοιαντον τὲ καὶ ἔρανὸν δύρυν ὑπερθε,
κτίσματ^Θ καὶ μέρη λοιπὰ θεὸς τελέσασ,
ὑτέρον αὐτῷ πάπερ τίν' αὐτῷ φιδεάτρῳ
αἴσιοις κόσμοις διαιδαλέοις μέσω:
ταπαίνοντος δέπως οἵς ὄμμασιν οὐκλόσε εἴργωρ
θωμαστῷ σέφανον παρμφανόσιτα θεῶ,
τεκμήροιτο μάλ' αὐτοφαλέως ποδὶ αὐχετύπιο,
πινδύματ^Θ ὃς μὲν ἐοῦ κτίσι αἴπαντα λόγως
καὶ κτισθέντα αἴποτε αἴπιθεσίοι προνοίασι
σωζει, οὐδὲντες, νωλεμεῖς ήσει μυνάμει,
ἢ τε τυχόντως τὴν αἴστρωρ πῆνας δύνεα ταῦσα
αὐτομάτως θ' ὄρμαίς ήσι φέρεαθε εὖ,
ἢ τε αὐτίκοις χερῶμι εἰπιπτέμενοῖς αἴκα, ήδιν
ὑπνοιο αἴσθητικώς μεξάμεν^Θ βλεφαρίοις,
αλλὰ κυβερνᾶτερ συνεχῶς ηρατερόφρονι βολῇ,
αλλοτε συμπεράσωρ ἔρανιοῖσι φοραῖς:
αλλοτε δέ γε μεταβαλόμενός δει καθώσαερ οἱ ὕροσαι
ἥδιλε^Θ τὰ βροτῶν περίγματα, ή νέμεον.
αἴστροι, βλέπειν τὸν καλὸν αἴποτε, νῦν τὲ μάλιστα
χήμασιν ἔργειναντις νοῦν φανερῶντα θεῶ.
παυτοῖς οὐδὲντος εἰς τὸ μετανοίασιν εἴχει.
εἰ δημοῦ τὲ προσδυχώμεατα θεῶ πατέρες ήμαντι
μείτε ηρατερῶ, πινδύματι καὶ αγίῳ,
πάδι παφλακονθήτια κύματα πορφυρόσιτα
ποιεῖ, καὶ σώζῃ λείψαντι ὄμιλος ἐοῦ.

Ioannes Moibanus;

Messahallah, *De revolutionibus annorum mundi*

Author: Māshā'allāh (Baghdad, fl. ca. 762-815).

Original title: Arabic original not found in manuscripts, but it probably corresponds to the *Kitāb Tahāwīl sini l-ālam* mentioned in some Arabic sources (see Sezgin).

Translation: translator unknown, the translation already existed in the twelfth century.

Significance: one of the most popular works on the revolutions of the years of the world, together with Albumasar's *Flores* (see this text). It is extant in at least 16 manuscripts and four printed editions from 1484 to 1549.

Contents: this treatise in 46 chapters provides directions for the interpretation of the horoscope of the revolution of the year, i.e. the horoscope for the entry of the Sun into the first degree of Aries. The text focuses on political issues, especially in relation to the king and the kingdom.

Reproduction: ed. Joachimus Hellerus, Nürnberg, Johannes Montanus & Ulricus Neuberus, 1549 [Warburg FAH 765], sig. A₅r-A₆r (table of contents) and B₁r-[F₁V] (the work proper).

Title: *Incipit liber Messahala de revolutione annorum mundi.*

Inc.: 'Custodiat te Deus et augeat tibi vitam...'

Expl.: '... minuet dictas gravedines. Finis libri Messahala de revolutionibus annorum mundi.'

Bibliography: F.J. Carmody, *Arabic Astronomical and Astrological Sciences in Latin Translation. A Critical Bibliography*, Berkeley-Los Angeles, 1956, pp. 25-26 (nr. 2); L. Thorndike, 'The Latin Translation of Astrological Works by Messahala', *Osiris*, 12, 1956, pp. 66-67 ; D. Pingree, 'Māshā'allāh', in *Dictionary of Scientific Biography*, IX, New York, 1974, pp. 159-162 (p. 161, nr. 20); F. Sezgin, *Geschichte des arabischen Schrifttums*, VII, Leiden, 1979, p. 105 (nr. 7).

Notice by David Juste

INCIPIT LIBER MESSAHA.

læ, de reuolutione annorum mundi.



V S T O D I A T T E
Deus, & augeat tibi uitam, sublimet te Deus,
& patefaciat tibi reuolutionem annorum, cuius
scientia & dispositio est, ut scias quando ingredi
atur Sol in primum minutum signi Arietis. Et
cum hoc sciueris, consti
tues ascendens & qua
tuor angulos, ac reliqua
figuræ cœlestis loca per
gradus & minuta, & con

stituas loca Planetarum, in signis, gradibus atq; minutis, &
esse eorum secundum ordinem circuli, per directionem sci
licet eorū, & per retrogradationem, tarditatem, & transitus
alios, per quorundam & eleuationem & magnitudinem, atq;
latitudinem, & per projectionem radiorum suorum. Et con
stitutas quod Planeta rerogradus nullam habet fortitudinem
super bonum, donec dirigatur.

Post hæc aspice ascendens & dominum eius, & domi
num exaltationis ascendentis (si fuerit exaltatio Planetæ ali
cuius in eo signo) & dominum termini ac triplicitatis, & lo
cū domini horæ ab ascendente, ac uide qualia sint loca eorū ad
inuicem, ac qualia sint in loco inimicitiae ascendentis, & quæ
in loco amicitiae. Nam si in inimico seu hostili loco ab ascen
dente dominus ascendentis extiterit, significat detrimentum
eiusdem climatis, secundum quantitatem hostilitatis, seu con
trarietatem.

B

trarietatis domini ascendentis cum ipso Horoscopo. Et si fuerit in sexto loco, erit infirmitas, si fuerit in octauo, erit mors, Si fuerit in duodecimo, erit inimicitia, seu discordia, secundum naturam signi in quo est dominus ascendentis. Similiter si fuerit dominus termini, & dominus exaltationis atque triplicitatis in dictis locis, ascendentii inimicis, sed erit hoc inferius significatum, quam domini ascendentis.

CAPUT PRIMVM DE LOCIS luminarium ab ascendentie.

POST hæc aspice localuminarium ab ascendentie & a domino ascendentis. Quia reuolutio cum fuerit in die, & Sol aspicerit ascendens ut dominum eius, fueritque sol liber a maiis, significat fortitudinem & adeptionem seu uictoriam ciuium eiusdem climatis, & eò melius si concesserit Sol dispositionem suam domino ascendentis, & si fuerit receptus in loco in quo fuerit. Quia si fuerit sicut diximus, humiliabuntur atque subiicientur diuites & potestates eiusdem climatis domino ipsius climatis, & tribuetur ei prosperitas & pax, atque fannitas cum bono esse, nutu Dei. Et similiter Luna si sese habuerit ad ascendens & eius dominum sicut iam diximus de Sole, & si fuerit reuolutio in nocte, & cum fuerint domini lumenaria, aut unum ex eis aspiciens ea ex loco forti, & receperint ea, non erit in hominibus detrimentum, nec ulla commotione, sed erunt securi & quieti, querentes iusticiam, & iudicantes per eam. Si uero è conuerso fuerit, de Sole, Luna, & dominis ascendentis, & dominis Luminariis, dic omnia contraria. Et uerte bona quæ diximus in mala, & aspicere receptionem Planetarum ad inuicem, & eorum hostilitates in partibus & pronuncia, secundum quod uideris de terris & plagis in quibus fuerint potentes.

Caput

CAPVT II, DE TRIPLICITATIBVS.

Scito quod signa significant partes mundi per naturas suas non per loca sua. Quare si conuenerit pars mundi naturæ eius signi, erit eò fortius significatum.

Aries & eius triplicitas, ♈ & ♉, sunt signa orientis, quæ si conuenerint ascendentib; erit eorum fortior significatio.

Taurus & eius triplicitas, ♉ & ♊ sunt signa meridiei, quare si conuenerint signis medijs cœli, erit fortior eorum significatio.

Gemini & eius triplicitas, ♊ & ♋ sunt signa occidentis, quæ cum conuenerint signis anguli occidentis, erit fortius eorum significatum.

Cancer & eius triplicitas m & ♌, sunt signa Septentrionis, quare cum conuenerint angulo terræ, erit fortius eorum significatū. Porrò hæc quæ diximus, accommodantur etiam ad planetas in ijs locis existentes.

CAPVT TERTIVM DE DIVISIONE TERRÆ,

Scito quod terræ sunt duæ diuisiones, Oriens & meridiens est una, quia conueniunt in calore, & occidens ac septentrio est alia, quia conueniunt in frigore. Post hæc diuisa est terra per septem diuisiones septem planetarum in climatis, secundum ordinem circulorum. Ac circulo igitur sciuntur climata secundum ordinem Planetarum, perinde ut in dominis horarum. Nam primum clima est Saturni, secundum Iouis, tertium Martis, quartum Solis, quintum Veneris, sextum ♃, Septimum ♀. Climata uero sunt secundū naturā circuli, deinde est unicuique signo ex terris & ciuitatibus res nota, similiter & in terminis, quia fortassis erit ciuitas alicuius signi,

B ij & uincet

المراد
8
n
d
tis
ru

& uincet in ea ex eodem signo terminus alicuius Planetæ,
Verbi gratia, ut Alirac quæ dicitur esse ☽, & eius Planeta
Jupiter est, ideo quia locus Alirac est in loco termini louialis,
à 19 gradu ☽ usq; in 27 eius, qui est terminus louis & descē-
sio fortunarum in hunc locum, significat aptationem circa
Alirac proprie, & similiter descensio malorum in eundem lo-
cum significat malum circa Alirac. Similiter scies hoc ex
descensione fortunarum & malorum in cæteris terminis, ut
iam exposuimus tibi hoc. Scito ergo ea quemadmodum dixi
tibi, quia cum hoc feceris, non te latebit cuius signi erit ciui-
tas, uel cuius termini.

C A P V T Q V A R T V M Q V A N D O N E C E S S E
sit reuoluere quartas annorum.

Post hoc aspice utrum sit signum ascendens fixum, mobile
aut commune, & aspice similiter dominum anni, quia as-
cendens anni, cum fuerit signum mobile, erunt reuolutiones
quartarum in anno necessariæ, & eò plus si fuerit dominus an-
ni in signo mobili. Et si fuerit signum commune, erunt tan-
tū duæ reuolutiones in anno necessariæ id est, in capite ν &
ϟ, & eo plus, si fuerit dominus anni in signo communi, fac
ergo ita ut introitum anni etiam introitum in primum minu-
tum ϖ, Et fac super mobilia per omnes quartas anni simili-
ter. Cum uero fuerit ascendens signum fixum, erit reuolutio
anni uincens omnes quartas anni, & eo fortius erit, si fuerit
dominus anni in signo fixo. Cum autem fuerit dominus an-
ni in signo mobili, erit abundantia uel pœnuria quam signi-
ficauit, in prima quarta anni tantum, nisi sit etiam in quarta
secunda, tertia, & quarta distinctio, tunc erit secundum quod
significauit eadem quarta ex abundantia uel pœnuria.

Caput

C A P V T V . D E I N V E N I E N D O
dominum anni,

CVM ergo uolueris scire dominum anni, aspice hora reuo-
lutionis Planetam, qui fuerit fortior coeteris in loco suo,
& plura habuerit testimonia, ac pone eundem dominum an-
ni in climate in quo fueris, Post hoc da septem climatibus ex
climate in quo fueris, secundum quod prædixi tibi, ex Plane-
tis septem, & ego exponam tibi partes Planetarum, & eos
rum testimonia, ut scias dominum anni.

C A P V T VI . D E P A R T I B U S A C T E S T I
monijs Planetarum, ex quibus agno
scitur dominus anni.

Scito quod fortior ex planetis est ille, qui fuerit in ascenden-
te, non remotus ab angulo, nec cadens, uel qui fuerit sic
in medio cœli, in occasu uero & angulo terræ, erit inferius
quam dixi tibi in fortitudine per quartam partem. Et sig-
num undecimum est infra occasum & angulum terræ, & no-
num infra undecimum, & quintum infra nonum, & tertium
infra quintum. Cum fuerit dominus ascendentis in Horos-
copo, scilicet per tres gradus ante uel retro cuspidem eius,
non cadens nec remotus ab angulo ascendentis, non erit
nobis necesse cum eo aspicere alium Planetam. Similiter do-
minus exaltationis signi ascendentis, cum fuerit in gradibus
exaltationis suæ. Dominus uero triplicitatis cum fuerit in
ascendente habebit tertiam partem fortitudinis domini
ascendentis, dominus quoque termini, habet quintam partem
fortitudinis, & hoc secundum quantitatem fortitudinis eos
rum in signis, & dominus horæ habet septimam partem. Et

B ij scito

scito quod hoc sit cum fuerint in ascidente vel medio cœli,
si autem fuerint in occidente vel in angulo terræ minuetur ex
orum fortitudo, similiter cum fuerint in undecimo, nono &
quinto magis ea minuetur.

CAPUT VII. DE LVMINARIBVS.
cum fuerint in angulis.

Scito quod luminaria cum fuerint in aliquo angulorum,
erunt domini anni, nisi ipsum quod fuerit in angulo signum
impeditum fuerit, quod si ita fuerit, significabit impedimentum & debilitatem eiusdem climatis, quod signo illi sub-
iicitur. Eteo melius, si fuerit ☽ de die in angulo, et ☽ de no-
cte in angulo, & similiter nocturna sidera uigent in nocte,
et diurna in die. Cum ergo constitueris revolutiones annorum
incipe postea per considerationem fortitudinum, secundum
quod dixi tibi.

CAPUT VIII. QVANDO DOMINVS
anni committat dominium alteri.

Cumque apparuerit tibi dominus anni, vide si forte committat
dispositionem suam alteri, hoc est, ut sit in domo alterius
planetæ & ipse planeta existat in optimo loco ab ascenden-
te et dominus quoque anni coniungitur ei. Quia si ita fuerit effici-
tur dominus anni, qui dominus est eius signi in quo ascen-
dentis gubernatorem inuenieris. Quia recipit eum ex sua do-
mo et eo melius, si aspicerint ipsum luminaria, vel dominie-
orum signorum, in quibus inuenta fuerint, si uero non com-
iserit dispositionem suam domino domus suæ, aspice
utrum

fit ei fortitudo in loco suo supra dispositionem, quæ quidem erit fortitudo eius sicut tibi designauit in sexto capite.

C A P V T N O N V M D E F O R T I -
tudine domini anni

CVm fuerint planetæ iuncti domino anni, & commiserint ei dispositionem suam, ueniet ad ipsum clima gaudium ex omni parte, secundum Planetarum dispositionem & fortitudinem.

C A P V T D E C I M V M Q V A N D O D O ,
minus ascendentis efficiatur
dominus anni.

CVm commiserint luminaria dispositionem suam domino ascendentis, aut alterum eorum, non erit tibi necesse aspicere cum hoc alium, quia ipse est dominus anni absq; dubio.

C A P V T XI. Q V A E A S P I C I E N D A
sint in iudicijs de regibus & rusticis

ASpicies quoq; rusticis & esse eorum ex domino anni, & Aloco eius, & ex aspectu planetarum ad eum, Regi uero climatis iudicabis ex domino medijs coeli, & à Sole, et ex separatione Planetarum ab eis, & eliges ex Sole & domino medijs coeli, fortiorum secundum fortitudinem locorum, ponentesq; uincentem significatorem regis, Cumq; sciueris significatorem regis, non te latebit esse illius cum suis rusticis, ex bono & malo, & quicquid eueniet ei in eodē anno ex distractione & abundatia seu penuria, nutu Dei, de omni re scilicet imperij

Imperij sui, hoc est, de rusticis suis, & de substantia sua, de fisijs quoq; & mulieribus suis, & de sanitate atq; infirmitate eius, de peregrinatione, fortitudine atq; debilitate eius, aut de interitu ipsius. Et scito quod hoc capitulum regis planius est capitulo domini anni, & esse rusticorum, quia aspicis regi singulariter, & rusticis uniuersaliter. Cumq; sciueris dominum anni & significatorem regis eiusdem regionis, aspice qui eum aspicit, & qualis sit fortitudo aspicientis eum, & utrum sint in suo lumine, uel in lumine alterius, & utrum necesse sit ut aspiciant eorum loca. Quia fortassis erit dominus anni fortis, non indigens, aut forte erit debilis & indigens, Quomodo autem id accidat exponam in sequentibus capitibus.

C A P V T XII. Q V A N D O D O M I nus anni fuerit cadens.

CVM fuerit dominus anni cadens ab ascendentे, non aspiciens ascendens in 8, 6, 2, uel 12 signo, tunc indiget, & ideo accidit ei debilitas, quia cecidit in locum ab ascendentе remotum, ideoq; indiget planeta cui iungatur, qui reddat lumen suum ad medium cœli, & confortet eum. Quia planeta cū habuerit plura testimonia, fueritq; dominus anni, et fuerit in octauo loco, tunc indiget Planeta qui aspiciat eum ex medio cœli. Et omnis planeta qui non aspicit ascendens, aspicit medium cœli ex trino uel sextili aspectu, nisi qui fuerit in tertio signo, ubi debilitatur, & non aspicit medium cœli. Et si planeta qui ex medio cœli fuerit fortis, fuerit dominus signi, in quo anni gubernator, cui iuncta sunt plura testimonia, extiterit, & ipse dominus anni iunctus fuerit ei, recipiet dispositionem anni, & eius significationem, et erit dominus anni, sed iam antea tibi exposui hoc capitulum in initio huius libri & quo-

quomodo confortabitur in loco suo dominus ascendentis
à domino domus suæ, uel ab alio.

C A P V T X I I I . D E F O R T I T V D I e
ne et debilitate domini anni

POST hoc aspice eum, qui aspicit dominum anni, & prænuncia quid significet secundum qualitatem loci eius ex bono uel malo, si fuerit fortis forte, & si fuerit debilis, debile. Scito quòd aspectus oppositionis significat discordiam & contentionem, & quartus similiter, trinus uero uel sextilis aspectus amicitiam & concordiam. Cum aspexerint mali significatorem anni, uel significatorem regis ex oppositione, erit ipsum impedimentum ex inimicis, & si aspexerint ex quarto aspectu, erit ex quibusdam, qui putantur pacifici, quorum inimicitia prius latebat, & si fuerit ex trino uel sextili aspectu, erit ex amicis. Post hoc aspice utrum ingrediatur ipsum impedimentum super regem aut super rusticos, quod si intrauerit super regem, aspice utrum auxiliabuntur ei rusticci uel non. Si uero intrauerit super rusticos, Vide utrum auxilietur eis rex uel non. Vtrumque autem ex statu ipsorum significatorum regis & rusticorum potest cognosci.

C A P V T X I I I I . D E
aduersario regis.

POST hoc aspice ipsam domum, in qua fuerit malus planetta, utrum significator regis, uel dominus anni habuerit in ea aliquod testimonium, quod si euenerit, erit inimicitia ex eius climate, secundum testimonij illius quantitatem, Aspice etiam si forte dominus anni præerit, & significator regis non præerit, quia si ita fuerit, erit inimicus ex eodem climate,

mate, sed debilitabitur Rex, & introducetur in locum eius alter, Si uero significator regis praeerit, & dominus anni non praefuerit, non erit inimicus ex eius climate, neq; ex eius regno, sed Rex introducet eos in ditionem suam, & subiugabit eos. Cum uero perfeceris hoc aspice locum mali planetæ, quæli parte sit, quia ipsa destructio ex eadem parte erit ex ciuitate uel climate, aut ex climate eiusdem signi. Scitur quoque ætas ducis, & principium ex loco mali à Sole, qui si fuerit orientalis erit iuuenis, & si fuerit occidentalis erit senex, & prænuncia in hoc quod est inter eos, secundum quod fuerit locus planetæ ex coniunctione Solis, usq; in combustiōnem eius. Malus quoque cum fuerit in medio cœli, & impedierit dominum anni, intrabit hoc inter omnes homines. Et si fuerit in oriente erit ipsum malum ex parte orientis, & si fuerit in occidente, erit ex parte occidentis, & similiter in septentrione ac meridie, si fuerit in angulo terræ aut medio cœli. Et scito quod nihil est deterius statui ciuium terræ & ciuitatis, quæ est eiusdem signi in quo fuerit malus, quam ut sit retrogradus in revolutione anni, & eo fortius si fuerit malus in angulo.

CAPVT XV. DE IM-
pedimento regis

Post hoc aspice malum qui aspicit dominum anni, aut significatore regis, quia si aspicerit ab ascēdente significat quod ipsum impedimentum sit in communi, & si fuerit in secunda, erit ex parte substantiæ, si fuerit in tertia, erit ex parte fratum, & si fuerit in quarta erit ex parte patrum & hereditatum, & si fuerit in quinto, erit ex parte filiorum, & si fu-
erit in sexto erit ex parte infirmitatum, & si fuerit in septimo,
erit

erit ex bello & contentione, & si fuerit in octavo, erit ex parte mortis, & si fuerit in nono, ex parte peregrinationis, & si fuerit in decimo, erit ex parte regis & eius dominationis, & si fuerit in undecimo ex parte amicorum, & si fuerit in duodecimo erit ex parte inimicorum, & similiter dic de bono quod significauerit nutu Dei. Et si fuerit malus in communi signo, timetur super regem, si eius significator aspiceret eum sicut praedixi tibi. Etsi dominus anni non fuerit significator regis, timetur super rusticos, quia erit in eis mortalitas. Similiter dic in reuolutione annorum natu, quemad modum dixisti in reuolutione annorum mundi.

C A P V T . X V I . D E L O
co domini anni

POST hoc aspice dominum anni, in cuius domo recipit annum, & in quali termino, & in quali exaltatione vel triplicitate, deinde aspice qualis sit locus eius, ex his quae dixi. Quia cum aspexerint & receperint eum erit fortior. Post hoc aspice signum in quo fuerit significator anni, cuius climatis sit, vel cuius ciuitatis, quia eiusdem climatis dominus erit fortior, & successus habebit fœliciores præ cæteris climatibus. Deinde pone unicuique climati planetam, nec te latebit nutu Dei, quid euenerit regi eiusdem climatis, & scito quod fortior regibus erit ille, cuius ciuitas vel clima erit domini anni. Deinde aspice eum, qui sequitur per successionem, & omnis qui natus fuerit sub eodem signo in ea terra, vel sub signo, domini anni, habilis erit ad bonum, & in eo erit fiducia nisi sit impeditus, & cum hoc feceris, aspice quis pacificetur vel aduersetur ei ex locis planetarum & eorum aspectibus & & quarto, Δ , ac \star , aspectu, & ex domibus ex quibus

C . ij . aspis

aspiciunt. Et scito quòd Planeta qui est sub radīs similis est patienti, cum enim ingreditur radios solares recedit fortitudo eius, & cum exierit de subradīs, significat augmentum & profectum.

C A P V T X V I I . D E S I G N I ficatione Mercurij et Lunæ

SCITO QUÒD non sint ex planetis septē, quibus uariatur fortuna uel infortuna uelocius Luna & Mercurio, & hoc sit propter multitudinem diuersitatis eorum & combustionis. Quia planeta cū abundanterit eius combustio, significat malum, & maxime omnis planeta qui fuerit sub Sole, cum fuerit unus eorū dominus anni, aut signicator regis, aspexeritq; eum aliquis malorū, tunc esse anni, & regis deterius erit hoc modo quam poterit fieri. Et Sol cum fuerit in radīs suis in reuolutione diei, planeta diurnus, significat regem, & in reuolutione noctis planeta nocturnus. Quia recipit tunc planeta rum fortitudinem. Et si fuerit dominus domus ascendentis sub radīs ☽, dignior annuo dominio, & optime aspice loca luminarium, & aspectus dominorum domorum suarum ad ea, & aspectus eorum ad inuicem.

C A P V T X V I I I . D E F O R T I s tudine luminarium

CONSIDERA etiam utrum sit aspectui eorū fortitudo, qua eo fortior per aspectum erit planeta, cum aspexerit ex domo sua, aut exaltatione uel triplicitate sua, uel termino, aut ex locofortitudinis, aut fuerit dominus partis fortunæ, & fuit cum hoc quod dixi orientalis aut directus, tunc enim erit fortior quam poterit esse. Aspice quoque partem fortunæ &

et dominum eius, & loca eorum in signis. Quia haec confortat dominum anni, et significatorem regis, qui si fuerint impediti, aspice eos, et loca eorum ex signis, quia pars fortunæ est fortitudo luminarium, sed si fuerint dicti significatores, apti in loco fortunæ, significant bonum et aptationem, et si fuerint impediti sub radijs, significant detrimentum & amissionem secundum substantiam signorum in quibus fuerint.

C A P V T X I X . D E P L A N E T A C V I
iungitur dominus anni,

ASpice post hoc dominum anni cui iungitur, quia ex hac parte erit fiducia et timor. Aspice quoq; si forte fuerit significator regis dominus anni, & exponam tibi, qua ratione id evenire possit, ut sit scilicet dominus anni, habens testimonium in medio cœli, aut si dominus exaltationis medijs cœli commiserit ei dispositionem atque fortitudinem suam, uel si sit dominus medijs cœli in domo ipsius, aspiciens eum, Cum enim sic fuerit, erit dominus anni significator regis. Et cum hoc sciueris in reuolutione annorum, scito etiam significatorem regis ex domino anni, & scito esse illius de esse rusticorū. Quòd si fuerit dominus anni, aspice sicut dixi tibi in primo capite. Aspice etiam dominum medijs cœli, si fuerit sub radijs ingrediens combustionem, significat hoc mortem regis. Et si iam exiuit de combustione, et nondum appareat, Sol erit dignior illo, in significatione regis. Post hoc aspice cui coniungatur significator regis, quia cum coniungitur domino anni, comittet dispositionem suam rusticis, & si separatus fuerit a domino anni, et iunctus fuerit malo planetæ, qui ascendentis inimicus sit, suplicabitur super eos, & rex immitet super eos impedimentum, & si fuerit iunctus significa

C ijj tor

tor regis alicui planetæ in octauo aut in septimo, ex oppositiōne aut quarto aspectu, timetur super regem in eodem anno mors. Similiter si iunctus fuerit dominis eorum extra hæc loca quæ dixi tibi, et eo fortius si iuncti fuerint malis, et timesbitur super eum infirmitas, si iunctus fuerit planetæ in tercio uel sexto domicilio, sicut dixi initio, aut dominis eorum,

Similiter aspicis omni die illius hoc modo, et hæc dixi, si dominus medijs cœli commiserit dispositionē suā domino anni. Si uero eā illi non commiserit dominus medijs cœli, erit dignior in hoc quod dixi. Aspice etiam in duodecim locis regioni, ex districtione et abundantia ex timore et tristitia, et aspice similiter in uniuersis regionibus climatum et partium. Post hoc cōsidera quis sit dominus domus domini anni, qui si aspexerit eum, et receperit, inuenient eos gaudium & securitas, et si nō respexerit eum, inuenient eos timor & distrio. Quòd si commiserit dominus anni dispositionē significatori regis, immittet super eos districtionem, propter acquisitionem substantiæ, cum fuerit eius commissio ex quarto aspectu uel oppositione, si uero fuerit ex trino uel sextili aspectu, significat redditionem census absq; ingressu distinctionis super rusticos. Et si commiserit dispositionem suam absq; aspectu, erit hoc absq; scientia regis. Et si aspexerit dominum domuseius, extrahet rex in eodem anno substantias, et si non aspexerit, extrahet substantiam absque mala uoluntate sua. Post hoc aspice substantiam regis, et si fuerit significator regis dominus medijs cœli in undecimo, et dominus anni in secundo signo, et aspice esse militum erga regem ex domino signi in quo fuerit, et ex domino termini uel faciei, & auxiliare his per partem fortunæ et eius dominum, quia si aspexerit eum significator regis, aut fuerit cum ea, significat fortus.

fortunam regis. Eodem planè modo iudica rusticis ex domino anni. Et scito esse regis ex significatore suo, potentum uero ac nobilium ex domino anni, quia cum hoc feceris non te latebit esse eorum, et quid euenturum eis sit in anno, ex bono uel ex malo, et quali modo uel causa erit, si deus uoluerit.

C A P V T X X . Q U A N D O D O M I N V S A N
ni et significator regis fuerint
retrogradi,

POst hoc aspice dominum anni et significatorem regis, si fuerint retrogradi, significant amissionem et debilitatem regis, et ciuium eiusdem regni. Si uero fuerint ambo retrogradi aut unus eorum, aspice in cuius termino sit retrogradus, utrum sit in termino fortunæ uel mali, & mitte eum in opere tuo, & similiter dominos domus, quia si planeta fuerit retrogradus in domo fortunæ, erit melius quam in domo mali, aut in termino mali. Retrogradatio significatoris regis significat debilitatem regis, et retrogradatio domini anni significat debilitatem illius dominationis.

C A P V T X X I . D E
bello

POst hoc aspice bellum ex parte qua fuerit Mars, qui si fuerit directus, erit ex hominibus studiosis, qui nolunt fugere, et si fuerit retrogradus, erit bellum cum latronibus qui non quiescunt in uno loco, et non accedent ad bellum.

Satur

Saturnus uero significat distictionē ciuium plagæ in qua fuerit secundum substantiam signi in quo extiterit, & secundum substantiam loci eius, ex domibus per successionem ut ascendens, et domus substantiæ donec perueniat ad duodecimam, Cumq; fuerit retrogradus, erit quemadmodum tibi dixi de Marte, & erit hoc grauius ex coniunctione. Et si iunctus fuerit domino anni, erit grauius regi ex terris, in quibus fuerit, & climate. Post hoc aspice adeptionem et uictoriā ex fortiori planetarum, quia ipsa significat multitudinem militum, et eorum fortitudinem, sicut aliâs aspicis testimonium planetarum & fortitudinem ipsorum in locis suis. Post hoc aspice celeritatem uictoriæ aut eius tarditatem ex Ioue, Saturno, et testimonijs coniunctionis eorum, & esse profectio[n]is eorum in radice, secundum cursum circuli in annis maioribus, in quibus fit coniunctio media, quæ mutatur à triplicitate in triplicitatem alterâ: minor quæ fit à profectione eorum in radice mutatione sectarum et regnorū. Significatur enim hoc quod dixi tibi in coniunctione eorum tribus modis, quos patefaciam tibi in sequenti capite.

C A P V T XXII. D E S I G N I F I C A T I O N E T R I U M S U P E R I O R U M

CVm quæsieris super hoc, fac quemadmodum facis in revolutione amorū natū super radicē natuitatis, quia accipies significationem sectarum et regnorū ex coniunctione Saturni et Iouis, & mutatione eorū à triplicitate in triplicitate. Aspice etiam præsentiam planetarum trium, qui sunt supra solem, et eorum loca ex signis fixis ac mobilibus, atque communib[us], & mitte eam in horam destructionis rerum, ut ego patefaciam tibi in cursu tui, et Martis, et exponam hęc omnia. Scito quod cum fuerint mali Saturnus, scilicet et Mars

13

in signo ad imaginem hominū, & iunctus fuerit & alter ma-
lus, fueritq; directus aut retrogradus, ex coniunctione ac
quarto aspectu uel oppositione, erunt in hominibus pestilen-
tiæ, Si uero fuerit retrogradus, erit calidius atq; uelocius. Et
oportet te aspicere, utrum aspectus seu coniunctio sit ex ali-
quo angulo, quod si ita fuerit erit calidus & fortis. Aspice
tunc in quali angulo sit.

Si autem fuerit Saturnus qui est tardior, in quarto aut in
medio coeli, & planeta retrogradus, qui ei iungitur in septi-
mo, ueniet hoc malum ex parte occidentis, & magnificabitur
rex, & extendetur & confortabitur. Et si fuerit tardior in oc-
cidente, aut retrogradus qui ei iungitur in quarto, incipiet hoc
in plaga quam dixi tibi, donec ueniat ad occidente. Post hoc
aspice modum inceptionis, ex parte uelocioris planetæ, qui
iungitur ponderoso, & scito quòd proueniet malum, quando
prouenit planeta uelox ad locum ponderosi & tardioris. Et
scito quòd retrogradus & coniunctus, id est, ille qui iungitur
ponderoso, cum fuerit in signo communi, erit mors ex bello
uel ex interfectione, & in fixis & immobilibus erit sec un-
dum quod significauerit fortior malorum in locis suis. Si fue-
rit fortior Mars, erit ex bello aut infirmitate, quæ fuerit cali-
da, quòd si fuerit Saturnus fortior, erit mors ex omni infirmi-
tate quæ fuerat ex similitudine Saturni, & commisce ei for-
titudinem Martis. Et si fuerit quod prædiximus extra angu-
lum, erit exiguum, postea soluetur.

C A P V T X X I I I D E A N-
no timendo,

CVm uolueris uoluere annos mundi in quibus timendum
est, accipe utrum sit in eodem anno coniunctio Saturni,
que si fuerit, erit maius malū, & si nō fuerit, erit leuius. Simili-
ter dominus anni aut significator regis, cū transierint per pla-
netam tar-

fieta m̄ tardum & malum in angulo, timebitur tunc ex significatione eius, quemadmodū dixi tibi, in destructione & morte. Aspice quoq; malos, si fuerint in tali esse, quale superius descripsimus in loco noctis uel diei ipsorum. Quia Saturnus in signo diurno et masculino minus impedit, & Mars in signo fœminino, & loco noctis minoris impedimentū est.

Post hoc aspice utrum sint recepti in locis eorum uel non, quia si fuerint recepti, erit minus eorum impedimentum, & si fuerit infirmitas in eodem anno, non morientur nisi pauci, Et si significauerint interfectionē nō erūt uulnera, et nō erit interfectio nisi modica, & miserebuntur homines inuicem.

C A P V T X X I I I , D E S I G N I F I C A T I O N E capitis & Caudæ Draconis Lunæ.

Scito quod caput Draconis congruit fortunis, & cauda auri xiliatur malis, Aspice itaq; coniunctionem capitis & Saturni, quia significat substantiam signi in quo coniunguntur, sicut significat in Eclipsi luminariū. Nam si fuerit quemadmodum in Ariete, et eius triplicitate, erit in bestijs et lupis secundum substantiam signi in quo coniunguntur. Et si fuerit in TAURO & eius triplicitate, erit in arboribus & herbis, & erit pauca pluua & annona. Et si coniuncti fuerint in aéreis signis, inuenient homines et aues impedimentum, et flabunt uenti. Et in aquaticis signis multiplicabitur pluua et aqua, ac pisces frigusq;, et multiplicabuntur locustæ et repentina terræ. Et aspice in quarto aspectu mali et caudæ, et coniunctione eorum, quia significant forte bellum et famem, et multitudinem timoris, et erit magnum frigus, et multitudo mali. Et si fuerit Saturnus iunctus cum cauda, significat famem et paucitatem boni, et fortitudinem frigoris, et destructionem arborum, idq; erit in parte in qua fuerit. Et si Sol combusserit in ea parte planetam, fortius erit hoc in ea, quam in cæteris partibus.

Caput

CAPVT XXV DE SIGNIFICATIONE
planetę, cum fuerit tardus, retrogradus,
uel directus in significatione
bellorum.

SCITO QUOD Planeta tardior significat bellum, & retrogradus significat fugam. Directus uero significat pacem, & maxime si aspicerit eum fortuna de medio cœli. Et si dominus domus eius aspicerit planetam illum, aut dominus triplicitatis, uel dominus termini, seu dominus exaltationis sue significat multitudinem auxiliatorum ex propinquis & ceteris, secundum quantitatem eius quod tibi dixi. Aspice etiam esse domini exercitus ex planetis, a quibus accipitur significatio. Quia cum fuerit in domo sua, erit ex domesticis regis, & est notus, & si fuerit in exaltatione sua, erit nobilis et utilis regno. Et si fuerit in triplicitatibus, erit infra quod dixi, sed erit notus, & est infra ipsos. Si non fuerit aliquod horum, non erit notus nec gratus, & fortassis dicetur de eo quod sit natus ex fornicatione. Et scito quod planetæ diurni sunt ☉ ☊ & ☋, & masculini in die, & fœminini in nocte. Et planetæ nocturni ☽ ☽ & ☃. & sunt fœminini in die, masculini in nocte. Mercurius autem cum masculis masculinus, cum fœmininis fœmininus, cum nocturnis quoque nocturnus, cum diurnis diurnus est.

CAPVT XXVI. DE ESSE REGIS,
quando signicator eius ingreditur
combustionem.

CVM in reuolutiōe anni ingredit̄ signicator regis cōbustionē, moriet̄ rex eiusdē regiōis eodē anno. Et si fuerit
Dij in sum,

in summitate radiorum, intrabit supra eum moeror & tristitia, si autem aspicerit eum fortuna euadet. Et si fuerit quod dixi tibi, & iam transiuit combustionem, intrabit supra eum ira & contentio, postea soluetur ab ea, & fortunabitur eius esse, nisi aspiciat eum malus, quia tunc significat prolongationem eorum que dixi, & eorum distinctionem, & timebitur de eo secundum naturā signi, siue infirmitas fuerit, siue mors.

Aspice ergo horam illius significationis, ex tempore significatoris & mali, Et similiter malus cum aspicerit significatum regis ex oppositione uel quarto aspectu, aut ex coniunctione, timebitur super eum, cum fuerit quod dixi in angulo, & tempus eiusdem erit in significatoris combustionē, & in aduentu eiusdem mali ad locum significatoris, aut ad medium cœli, aut ad ascendens, nisi subueniat ei fortuna per aspectum, & sit idem malus auxiliator in natura. Et si is qui fuerit malus, erit significator regis, destruccióne intrabit super homines ex parte regis, & eo fortius si fuerit in angulo, tunc significat quod non fatigabitur ex destructione eorum. Et si fuerit in medio cœli cum eo quod dixi tibi, distinctione erit ex quibusdam alienis, & erit hoc tantū in loco mali, si fuerit in Oriente, & si fuerit in occidente similiter, & si fuerit in medio cœli, erit uniuersaliter in ceteris hominibus, & maxime in parte Benetnaas, id est, Vrsæ maioris, per quam significatur Septentrio, ac si diceres in parte septentrionali, & si fuerit in parte anguli terræ, erit in parte orientis & Accenden, id est, nigrorum, & similiter fortunæ significata sese habebunt. Scrutare ergo partes in quibus fuerint, nisi sint fortunæ retrogradæ, & in loco malo, hoc est, in descensionibus suis, uel in oppositionibus domorum suarum. Quia hæc loca sunt in felicitatis earum, in quibus debilitantur, & aspice planetam a quo significatur rex & esse eius, & pronuntia secundum esse planetarum & eorum profectionem, per singulos dies de distinctione & penuria uel abundantia, de bono seu malo.

Post

Post hoc aspice in receptionem luminis & eius pulsationem,
quia hoc significat quid euenturum sit rusticis.

C A P V T X X V I I . V T R V M F V T V R V M S I T
bellum, & quis adipiscatur uictoriam,

E T si interrogatus fueris de bello, utrum futurum sit, &
E quis adipiscatur uictoriam, aspice ei cui uolueris aspicere,
quale sit esse eius in eodē anno, & qualiter aspicit signicator
regis, & dominus anni eum, qui si fuerit loco fortis, & non
aspexerit eum signicator regis, & aspexerit eum dominus
anni, super dominum interrogationis, erit res grauis, & non
auxiliabitur ei rex, sed erunt auxiliatores ex domesticis re= gis, & si aspexerit eum signicator regis, prædic auxilium
regis erga eum, secundum aspectum ex fortitudine & debilitate.
Quòd si fuerit in natura inimici, dic eum iniuria affe= ctum iri ab eo, & si fuerit in natura pacificandi, iudica secun= dum quod uideris, ideoq; indicaui tibi hoc, ut imiteris, & sci= as qualiter aspicias ipsius capitulum, quia non te latebit ali= quid ex hoc modo in descriptione eius. Et scito rationabili= ter exitus eius, sicut prædicti tibi in capitulo reuolutionis, ac
non amittas destructionem neq; aptationem, quin aspicias in
in ea, et uideas cum hoc auxilium planetarum erga eum, se= cundum substantiam domorum, per longitudinem ac breui= tem dominorum earum.

C A P V T X X V I I I . D E I M P E D I M E N T O
ciuium ipsius climatis.

S Cito quòd planeta qui fuerit sub radijs, impedit ciues eius
dem climatis, & destruit esse eorum, ut fateantur se subdi= tos & subiectos, & eò fortius si fuerit cum reuolutione in an= gulo, aut aspexerit eum malus,

D ij , Quia

Quia si fuerit quemadmodum dixi tibi, sub radīs, & fuerit in fine signi in quo est, & aspexerit eum malus ab anteriore parte, & alter malus à posteriore, patietur hoc clima secundum quantitatem aspectus mali. Si uero fuerit coniunctio in uno signo patietur uniuersitas eorum, & si fuerit oppositio, medietas illorum, si uero fuerit ex quarto aspectu quarta pars eorum. Si autem præcessit Saturnus, & Mars fuit post ipsum, captiuabuntur, & non interficiantur ex eis nisi pauci. Si uero Mars præcesserit, & fuerit Saturnus post eum interficiantur.

C A P V T X X I X . D E
inimicis regis.

PRo his aspice malum qui aspicit significatorem regis. Si aspexerit eum ex signo in quo fuerit regi testimonium, erit inimicus ex terraeius, pro quantitate testimonij. Et si aspexerit ex domo significatoris regis, erit hostis ex domesticis eius. Et si eum aspexerit ab exaltatione sua, erit ex nobilibus, de his qui fuerint ei consimiles, & eiusdem ordinis. Triplicitas uero & terminus significant ciues dominationis eius. Et scito quod trinus & sextilis aspectus significat propinquos. Et oppositio inimicos, & primus aspectus quartus significat domum patris, quartus uero secundus significat gratiosos ac bene natos, regi consimiles, & de his qui apti sunt regno. In coniunctione aspice ad signum de quo diximus, quia si fuerit ei in eo testimonium, erit ex propinquis illis, qui cum eo nutriti sunt. Et si non fuerit ei testimonium, erit eorum progenies una. Optime aspice hæc capitula.

C A P V T X X X . D E L V a
minarium potestate.

POst hoc aspice localuminarium & fortitudinem eorum, & separationem eorum atq; coniunctionem, quibus similia

militer iunguntur, aut æquali modo separantur, quia coniunctio sextilis uel trini aspectus debilis est, oppositio uero quartus & coniunctio fortis. Optime aspice hoc capitulum, quia significat quantitatem fortitudinis eorum, & indicabo tibi uniuersaliter opus septem planetarum, & significationem eorum. Sol significat regem, Luna uniuersitatem uulgi, Iupiter significat nobiles, Mars significat bellatores, Saturnus significat religiosos fidei, Venus significat mulieres, Mercurius significat negotiatores & pueros. Aspice igitur cum fuerit aliquis eorum significator, utrum sit ei pars dominij in eodem anno. Quia si fuerit ei pars in eodem anno, intrabit supra hoc quod dixi, destructio & detrimētum, & pars illius est ut sit in ascendentे aut in medio cœli per gradum suum, & signum, præter Venerem & Lunam, quia istæ cum fuerint in domibus suis in occidente aut in angulo terræ, significant impedimentum forte, quia hæ duæ sunt eiusdem natuaræ, & Mars similiter est nocturnus, sed est infra eos. Iupiter autem & Saturnus ac Sol erit esse eorum eo fortius, ut sit in domibus eorum ascendens & medium cœli. Omnis planeta masculus in oriente erit fortior, & similiter domus eiusdem. Sic etiam cum fuerit orientalis, & planetæ fœminini in occidente sunt fortiores, & eo melius erit, si fuerint meridiani, & similiter domus eorum.

C A P V T XXXI. D E D I V I S I O N E M V N²
di secundum tres planetas superiores.

S Cito quod mundus sit diuisus in tres diuisiones secundum naturas trium planetarum, qui sunt supra Solem, uidelicet secundū eorū substantias & cōplexiones. Pars igitur mundi superior est Saturni, & pars media mundi est Iouis, & ipsa est tēperata pars, similis substantiæ Iouis. Pars uero inferior est Martis, quæ est pars caloris, & est secundū substantiæ Martis,

Martis, et participatur Saturno Luna in parte sua, quia signum eius oppositum est signo Saturni. Ex qualitate igitur annorum intemperatorum huius partis ciuum est paucitas sapientiae et consuetudinis, et abscessio pietatis, et obliuio, colores quoque eorum sunt rubei et albi, albedo tamen liuido similis. Est etiam eorum complexio ex tenebris terrae, et eius aeris, et participatur Ioui Mercurius, quia domus eius opponitur domui illius. Qualitas quoque anni ciuum huius partis efficit sapientiam, certitudinem, religionem, uarietatem et conjunctionem pietatis, & singularia ingeniorum acumina, & eorum colores sunt diuersae complexionis, commixti scilicet ex albedine & nigredine, atque rubore, eodem quod domus eorum sunt commixtae ex frigore terrae, & calore aeris. Istarum ergo diuisio est dignior & pretiosior ceteris diuisionibus, & terra eorum est melior ceteris terris, terra Philosophorum & sapientum. Et participatur Marti Venus, quia dominus eius opponitur domui illius, sicut praediximus ex qualitate quoque anni eiusdem partis ciuum est turpitude, & cupiditas Veneris, & potationes ac ludi, secundum loca planetarum eius, & colores eorum sunt commixti ex calore terrae & aeris, et participatur sol Ioui & Mercurio in partibus eorum.

C A P V T X X X I I D E D I U
uisione climatum.

Climata quoque diuisa sunt secundum hos modos, in qua litate seculari, & coloribus corporum secundum ordinem circuli in latitudine circuli eius. Post hoc etiam diuisa sunt super duodecim signa, quae sunt circuli partes & in his sunt 360 minora segmenta diuisa per gradus Solis, quae faciunt 21600 minuta, Minuta minora autem non sunt necessaria, nisi in reuolutione annorum mundi, & reuolutione scilicet anni in capitulis Solis, ut non lateat te gradus ascendentis & quartarum.

Caput

18

C A P V T X X X I I . D E N A T V R A
uentorum ac triplicitatum.

ORiens & eius uentus est calidus & siccus, Occidens & eius uentus est frigidus et humidus, Meridies & eius uentus est calidus & humidus, Septentrio & eius uentus est frigidus & siccus. Sic quoq; Aries & eius triplicitas est calida & siccata. Taurus & eius triplicitas est frigida & siccata. Gemini & eius triplicitas est calida & humida. Cancer & eius triplicitas frigida est & humida.

C A P V T X X X I I I D E N U M E R O C I =
ciuitatum in quolibet climate.

Narrauerunt quoq; quod in climatibus septem q; est mundus, sunt ciuitates & castra atq; uillæ, secundum numerum signorum cœli duodecim.

Similiter ciuitates sicut duodecim signa quæ sunt ciuitates magnæ, ex quibus sunt in unoquoq; climate duæ, Saturni scilicet duæ, Iouis duæ, Martis duæ, Veneris una, Solis duæ, Lunæ una, Mercurij duæ. Et patefaciam tibi quot narrauerunt esse ciuitates, uillas atq; castra in septem climatibus. Nam in primo climate dixerunt esse, 3100, & in secundo climate, 1713, In tertio, 1077, In quarto, 2944, In quinto 3006, In sexto, 3408, In septimo, 3300.

C A P V T X X X V , Q V A N D O S O L C O M M I T ^{ta}
tat dispositionem suam Lunæ.

ASpice igitur reuolutionem in qua si committit Sol dispositionem Lunæ, hoc est, si fuerit reuolutio in nocte aspice Lunam & eius locum ab ascendentे, si congruit ut sit dominia dispositionis, aspice dominum domus eius, & aspice etum

Etum planetarum ad eum, & dic secundum quod uideris de aspectu malorum & fortunarum, atq; coniunctione earum. Et aspice locum eius à Saturuo, qualis sit, utrum scilicet iungatur ei uel separetur ab eo. Aspice item in augmentatione uel diminutione luminis eius, Aspice quoq; utrum eueniat ei Eclipsis eodem anno uel non. Post hoc aspice Eclipsim Lunæ, & locum eius, et Eclipsim Solis, et locū eius, et asperitum Planetarum ad eum. Et scito quod cum fuerit dominus ascendentis in eodem anno impeditus, immittet Rex impedimentum super rusticos, & gratabitur eorum esse secundum substantiam eiusdem signi, in eadem terra quæ fuerit eiusdem signi. Verbi gratia cum fuerit ascendens anni ♀, & fuerit ♀ cadens aut retrograda, uel sub radijs, destruetur terra Libræ, & accident ei infirmitates & pestilentiae. Post hoc aspice omni signo secundum esse domini sui, & locum eius ab eo, & eorum aptatio atq; detrimentum erit secundum aspectum, & loquere super hoc secundum quod uideris. Et cum de his expleueris, aspice secundum signum, & dominum eius, deinde tertium & dominum eius, quemadmodum dixi, donec perficias duodecim signa, & aspicias melius in signis angulorum, quia est eis fortitudo præ cæteris signis.

C A P V T X X X V I . D E S I G N I F I C A T I O N E
Martis & aliorum planetarum in angulis,
cum fuerint domini anni.

Scito quod Mars cum fuerit in medio cœli hora revolutionis, significabit hoc, quod Rex ponet aliquos in partibulo, & si fuerit in ascidente uel in angulo occidentis, abscondet manus aliquorum suæ dominationis, et in angulo terræ, interficiet. Et cum fuerit Saturnus in ascidente, significat famem, mortem, infirmitates ac uentos uehemenses ac noxios. Et cum fuerit dominus anni Mercurius,

19

& fuerit liber à malis, aspexerintq; eū fortunæ, erit annus bonus & utilis sapientibus, mercatoribus ac pueris. Et eo mesius si fuerit receptus à domino domus in qua fuerit. Sed si inueneris ista contraria dic contrarium. Et cum fuerit Luna in ascendentे, fueritq; liber à malis, multiplicabuntur pluviae, & exundabunt flumina & frigus, & inuenient homines bonum et gaudium, & eo melius si fuerit recepta. Et si fuerit Iupiter in ascendentе erit annus securitatis, et aptabuntur res hominum & diuitum, & proficient. Et si fuerit receptus inueniet uniuersitas uulgi à rege bonum, & diligit regem suum. Et cum fuerit Mars in ascendentе, erit terræ motus in eadem terra, & patua erit pluua, & erit modicum bellum. Et si fuerit Sol in ascendentе, ac fuerit dominus anni, & liber à malis, gaudebunt diuites & abundabit bonum, & proficient res, si uero fuerit impeditus, erit omne quod dixi econtrario.

C A P V T XXXVII. D E C A L A^Z
mitatibus anni,

Scito quod esse anni grauabitur cū fuerint mali in parte circuli superioris, & in parte septentrionali, & maxime si cōmiserit Mars dispositionem suam Saturno, quia Saturnus significat res graues, & diuturnas, de apparitione detrimenti in terra, & debilitate regis, & ablationē fidei ac religionis, & multiplicabūtur latrocinia, & cōtentiones, & maxime si fuerit aliquis malorum in medio cœli. Et aspice cū hoc Lunā, quia si cōmiserit dispositionē suā Saturno ex inferiori parte circuli subterranei, significat tribulationem ac detrimentū & mutationē regni. Et si Luna pulsauerit lumen suum Saturno, & fuerit cū eo, aut in qnarto aspectu, uel in oppositione, erit tanto deterius. Et similiter aspice Solē sicut aspexisti Lunā.

E ñ Quia

Quia si fuerit receptus, significat aptationem mali. Et scito quòd fortunæ significant solutionem mali, & eius ablationem si fuerint fortes in loco suo boni testimonij. Et si fuerint direæ etæ significant bonum & aptationem.

C A P V T X X X V I I I , D E S I G N I F I -
catione Planetæ, quando ingreditur
conbustionem aut egreditur.

Scito quòd planetæ cum egreditur de subradijs & com-
bustione, erit sicut puer, qui proficit & augmentatur, ita ta-
men si non aspexerint eum mali. Et similiter cum ingreditur
subradios & combustionem, erit ut senex defectius, conside-
ra ergo optime hoc capitulum.

C A P V T X X X I X D E S I G N I F I C A T I O N E
Saturni quando est in exaltatione sua.

Considera introitum uniuscuiuscq; planetæ in exaltatio-
nem suam, & proprie Saturni, quia tunc est fortior. Et
cum hoc quod fuerit ei ex testimonio et fortitudine, Aspice.
etiam si receperit dispositionem, quia significabit res mag-
nas, & similiter Iupiter & cæteri planetæ. Et aspice dum re-
voluitur annus fortunas & malos, si aspexerint ex signo fixo
prolongabitur quod significauerint ex bono uel malo. Et si
aspexerint a signo mobili erit hoc modicum, si uero aspexe-
rint a signo communi, erit res media,

C A P V T X L D E E C L I P S I
si in eodem anno fuerit.

Post hoc aspice in capitulo Eclipsis, cum sciueris quòd erit
in

in eodem anno Eclipsis, aspice itaq; in eodem anno dominum signi in quo erit Eclipsis, quod sit esse eius, & qualis sit locus eius cum domino ascendentis Eclipsis, & quale sit esse eius ex domino anni, & significatore regis, & qualiter aspiciant eum fortunæ uel mali. Quia si fuerit impeditus ab asperitu malorum, quod significauerit exasperabitur & multiplicabitur, & eò fortius si fuerit dominus Eclipsis significator regis. Quia si fuerit significator regis, & fuerint mali aspicientes eum, timebitur de eo, cum peruererit Sol ad medium cœli Eclipsis, & si fuerit dominus anni, timebitur super rusticos, cum peruererit Sol ad ascendens Eclipsis, secundum rationē naturæ ascendentis. Si fuerit secundum imaginem hominis, erit impedimentum in hominibus, & si fuerit secundum substantiam animalium, erit in animalibus. Et si fuerit super substantiam aquæ, erit in aquis, secundum substantiam signi ascendentis. Et scito quòd ex horis Eclipsis Lunæ erit distinctio ad unamquamq; horam mensis unius & ad Eclipsin Solis, per unamquamq; horam annus. Post hoc aspice malos, si fuerint in ascendentे uel ascendiendi propiores, erit impedimentum in parte media terræ, quam diximus esse Iouis & Mercurij, & si fuerint mali in medio cœli uel medio cœli propiores, erit in superiori parte orbis, quam dixi esse Saturni & Lunæ. Si uero in occidenti, uel occidenti propiores, erit in inferiore parte terræ, quæ est Martis & Veneris.

C A P V T X L I Q V A N D O S O L
efficitur significator regis

ET si fuerit Sol dominus ascendentis in reuolutione, quia tunc Venus est domina medijs cœli, & fuerit Venus sub radij eius, erit tunc Sol significator regis. Aspice tunc esse regis per locum eius, ex malis & fortunis, & ex fortitudine eius, in

eius in loco suo, & ex aspectu dominorum domorum ad eum, secundum quod exposui tibi, de testimonio eorum & aspectibus, donec expleas duodecim signa. Aspice igitur quis planetarum sit in optimo loco, & quis eorum sit impeditus, & quis combustus, uel quis remotus ab angulo & domo, & pronuncia a malis fortitudine mali, a bonis aptationem boni. Porro si fuerit Sol Septentrionalis in latitudine sua, uel commiserit dispositionem suam malo septentrionali, ex oppositione aut coniunctione, uel quarto aspectu, aut trino uel sextili, non te latebit significatio eius. Et similiter si commiserit malus dispositionem suam planetæ in sexto, significabit infirmitatem, & similiter in octauo significabit mortem, & in duodecimo tristiciam, angustiam, captiuitatem atque inimicitias. Si uero Venus fuerit egressa de subraduis Solis in suo lumine, ipsa dignior erit significatione regis, et eo melius, si fuerit in medio coeli.

CAPVT XLII. DE ESSE REGIS
in eodem anno.

CVm uero sciueris per hoc quod dixi, & patefactum est tibi de significatione regis et nobilium ac rusticorum, aspice quid erit de esse regis, in eodem anno, utrum liberabitur uel non, & quale erit esse eius cum suis rusticis. Et utrum erit ei peregrinatio longinqua uel propinqua, aut bellum, uel quid erit de re eius. Aspice autem hoc a domino domus peregrinationis hora reuolutionis, & a loco eius in circulo. Quia si fuerit directus uel receptus in loco suo, ibit exaciatum, uagando, & si fuerit tardus, & in statione sua, significat tarditatem in peregrinatione. Et si fuerit retrogradus et receptus, exhibet reuertetur cito, et si fuerit retrogradus

trogradus absq; receptione, significat detrimentum in peregrinatione regis, & non perficietur.

Post hoc aspice dominum peregrinationis, si fuerit eius dominus retrogradus, aspiciens domum suam ex quarto aspectu uel oppositione, ibit ad prælium inimici. Et si aspexerit ex trino uel sextili aspectu ibit ad pacificationem.

Post hoc aspice in saluationem eius in peregrinatione sua, & esse corporis eius, & ad eius significatorem, si fuerit liber à malis, & ab inimicis eius ex planetis, & non fuerit dominus domus peregrinationis in domo infirmitatis, aut in loco impedimenti, saluabitur rex in peregrinatione sua.

Quod si fuerit significator regis liber ab ihs quæ dixi, & dominus domus peregrinationis impeditus, significat regi in itinere distinctionem, mœrorem atq; infirmitatem, secundum qualitatem substantiæ signi.

Et si fuerit dominus domus peregrinationis liber à malis, & eius significator impeditus, accidet ei ex distinctione uel infirmitate quod metuebat.

Post hoc aspice dominum domus peregrinationis, si fuerit in secundo, exibit ad congregandam substantiam, & si fuerit in tertio, quia est in oppositione domus suæ, exibit ad contentionem belli. Et si fuerit in quarto, significabit quod erit peregrinatio mala, & timebitur super eum in eodem anno mors. Et si aspexerit eum malus ex quarto aspectu uel oppositione uel cōiunctione, erit grauius eius rei significatū, & timebitur super eum. Et si fuerit significator regis hora revolutionis in ascendente, significat tranquillitatē, & nō peregrinabitur. Si vero fuerit remotus ab ascendentē, & alter planeta cum eo in ascendentē non remotus, aspice quis sit ipse

ipse planeta, quia si fuerit inimicus significatoris, exibit super eum qui quærerit regnum eius, & contēdit cum eo in eo. Et si fuerit amicus, tradet regnum uiro, cuius erit significator ipse planeta, & ipse erit præpositus in regno illius. Et si fuerit significator regis in secundo ab ascendentे, in eodem anno quæreret substantiam. Si uero fuerit cum eo malus, uel asperxerit eum ex quarto aspectu aut oppositione, uel coniunctione, disperdet substantiam suam, & extrahet suos thesauros. Et si fuerit in tertio, multiplicabit equitationem, & desiderabit peregrinationem. Et si fuerit in quarto, non peregrinabitur, sed desiderabit quietem. Et si fuerit in quinto, habebit filium, & desiderabit eum. Et si fuerit in sexto, accidet ei infirmitas. Et si fuerit in septimo, multiplicabitur eius coitus. Et si fuerit in octavo timebitur super eum mors. Et si fuerit in nono, peregrinabitur. Et si fuerit in decimo, confortabitur in regno suo, Ita et scitur hoc ex esse suo in directione sua et retrogradatione, ac statione, quia directio significat aptationem, & retrogradatio significat detrimentum, & statio eius prima, est sicut retrogradatio & statio eius secunda est sicut directio, Et si in undecimo significat aptationem, dilectionem, pietatem, liberalitatem & expensas, quia hæc domus est secunda à domo regis, Et si fuerit in duodecimo, significat acquisitionem inimicorum suorum, & causam eius in hoc. Quòd si tunc asperxerit significator regis dominum domus eius adipiscitur eos, si Deus uoluerit, Et similiter dic cum commiserit significator regis dispositionem dominis harum domorum quas dixi. Significabit enim idem ibi quod significaret si esset in domibus eorum. Et si iunctus fuerit significator regis planetæ existenti in nono uel tertio, significat peregrinationem, Et similiter coniunctio cum domino domus infirmitatis, aut cum domino domus mortis, significat infirmitatem aut mortem regis. Et cum fuerit significator regis, sub radijs aut prope eos per duodecim gradus, timebitur super regem hora combustionis, & erit

22

& erit hoc hora eius combustionis. Et similiter dominus non cum fuerit cadens aut in loco malo, timebitur super eum in peregrinatione sua.

C A P V T X L I I I . D E I M P E-
dimento rusticorum.

ET si combustus fuerit dominus ascendentis in angulo, intrabit impedimentum super rusticos, & si combustus fuerit in medio cœli, erit hoc impedimentum ex parte regis, & si fuerit dominus medijs cœli Sol, & dominus ascendentis combustus, inuenient homines à rege distinctionem, quia est sub radijs. Si fuerit combustio in angulo quarto, qui est angulus terræ, significat quod mors cadet in homines. Quod si fuerit ascendens signum fœmininum, erit hoc in mulieribus, & si fuerit masculinum erit hoc in uiris. Et si fuerit Mercurius dominus ascendentis erit hoc in pueris. Et si fuerit Venus aut Luna, erit plus in mulieribus. Et si fuerit Iupiter aut Saturnus, erit in mediocribus. Et si fuerit Sol aut Mars, significant iuvenes. Et si fuerint orientales erit in pueris & iuuenibus. Et si fuerint occidentales, erit in senibus & uetulis.

C A P V T X L I I I I . D E
detrimento regis.

ASpice regi hora revolutionis anni à Sole, quem si aspergerit Mars, aut iunctus fuerit ei, timebitur super eum imperfectio. Et si fuerit iunctus Saturno, timebitur super eum angustia & uenenum. Et si combustus fuerit in medio cœli dominus ascendentis anni, timebitur quod dixi īisdem modis, & erit in regione sua in qua est, & non erit extra ipsam terram. Et si fuerit combustio in angulo terræ, aut in opposito à septimo, erit quod dixi ab aliquo, qui ueniet extra ter-

F ram

ram in qua est. Et oppositio malorum atq; quartus aspectus eorum grauior est eorum coniunctione in hoc capitulo. Et cum fuerit Sol signicator regis, & aspexerit Iouem ex oppositione, irascetur rex domesticis suis, & suspectos habebit eos, & grauabitur ab eis. Et similiter cum fuerit oppositus domino ascendentis irascetur rusticis suis, male suspicabitur, atq; impediet eos. Demum scito receptionem planetarum ad inuicem, atq; projectionem luminū suorum. Et scito concordiam aut discordiam ascendentis & domini eius.

C A P V T X L V . D E S I G N I F I C A - tione Martis.

Scit quod uterq; malus, Saturnus scilicet & Mars, cū fuerit unus eorum in revolutione anni in angulo, & fuerit in signis terrenis directus, significat destructionem arborum, & mortem animalium. Et si aspexerit Mars significatorem regis, & fuerit comixtus lumini Saturni, significat contentionem & effusionem sanguinis. Et si fuerit in signo aërio, significat iniurias & inimicitias. Si uero non fuerit in augulo, & aspexerit ascendens significat infirmitatem ex uentis & sanguine, & grauius in omni terra, in cuius signo fuerit eius lumen, uel oppositio, aut quartus aspectus. Quod si fuerit retrogradus significat pestilentiam. Et si fuerit in signo quod non aspicit ascendens, & fuerit directus, significabit infirmitatem & detrimentum seminum. Si uero fuerit tunc retrogradus, significabit mortem & infirmitatem & sanguinem. Et si fuerit Mars dominus anni, & fuerit in signis igneis, fueritq; in angulo directus, significat infirmitatem calidam & sicciam, & contendent potentes ad inuicem. Et si fuerit retrogradus erit hoc grauius, & multiplicabit destruētio & latrocinia. Si uero fuerit in signis aquaticis extra angulum, & non aspexerit ascendens, homines sese mutuo iniurijs afficiant,

23

afficient, & erit hoc grauius in signo, in quo fuerit quartus eius aspectus uel oppositio. Et erit impedimentum quod dixi tibi secundum substantiam eiusdem signi, & naturæ eius planetæ.

C A P V T X L V I . D E S I G N I F I C A - tione Saturni in triplicitatibus.

Si fuerit Saturnus dominus anni, & fuerit in Ariete & eius triplicitate, & fuerit directus in angulo, significabit multas pluuias, & contentiones diuitiarum, & eo fortius, si receperit dispositionem Martis, & eius fortitudinem, quia significat quod rusticī contendant cum rege. Et si fuerit retrogradus grauabitur esse hominum. Et si fuerit remotus ab angulo aspiciens ascendens, intrabit supra nobiles districtio, si fuerit directus. Si uero fuerit retrogradus destruet domos substantiarum. Et si receperit dispositionem à Marte & Luna significat graue frigus & mortem animalium, cum hoc, quod dixi tibi de bellis & litibus. Et si fuerit cadens & non aspicerit ascendens fueritq; directus, grauabitur frigus hymis. Si uero fuerit retrogradus erit contentio in rusticis & rebellio. Et si fuerit Saturnus dominus anni in signis terreis, in angulo directus, significat contentionem & bellum, ac mortem animalium, in ea terra in cuius signo proprio fuerit. Et si fuerit retrogradus destruet messes & semina, & morientur iuuenes, & eo fortius si fuerit in medio cœli. Et si fuerit remotus ab angulo aspiciens ascendens, destruentur semina, & morientur iuuenes, & paucæ erunt messes. Si uero nō aspicerit ascendens, modicū erit malum. Et cū fuerit Saturnus dominus anni, & fuerit in geminis, & eius triplicitate, & fuerit in angulo ascendētis regni, excitabūtur uenti septentrionales, & erūt ualidi & nocētes, & accidet rusticis infirmitas ex substantia Saturni, & erit in hominibus bellū & cōtentio

F ij & effusio

& effusio sanguinis. Et si fuerit retrogradus significat contentionem diuitum & nobilium. Et si fuerit remotus ab angulo, & fuerit directus, grauia exorientur frigora, hyemes & uenti. Et si fuerit retrogradus & remotus, significat infirmitatem & uentos. Et si fuerit cadens, & non aspicerit ascendens, fueritque directus multiplicabuntur uenti meridionales, & infirmates, & erit hoc uniuersum in uilibus personis. Et si fuerit in angulo terrae, fueritque dominus anni in hac triplicitate, significat terrae motum. Et si non fuerit dominus anni & receperit dispositionem domini ascendentis, & ipse fuerit hoc loco, morientur homines in terrae motu. Et si receperit dispositionem medijs coeli, significat contentioem & lites in acquisitione regni. Et si fuerit Saturnus dominus anni, & fuerit in aquaticis signis in angulo, graue erit frigus, & multiplicabuntur locustae. Et si fuerit retrogradus, erit discordia maxima & mors ualida. Si uero fuerit remotus ab angulo, multiplicabuntur pluiae & aquae.

Et si fuerit cadens non aspiciens ascendens, significat infirmitatem ciuium signi in quo est. Si uero retrogradus fuerit, graue accideret frigus, & multiplicabuntur locustae.

Et si ei iunctus fuerit fortuna planeta, minuet dies cas grauedines.

Finis libri Messahalæ de reuolutionibus annorum mundi.

Messahallah, *Epistola in rebus eclipsis*

Author: Māshā' allāh (Baghdad, fl. ca. 762-815).

Original title: Arabic original lost.

Translation: the text was translated by John of Seville in the first half of the twelfth century. In the manuscripts, various titles are given, including *Epistola Messahallah in rebus eclipsis Lune (et in coniunctionibus planetarum et de revolutione annorum)*, *Epistola de rebus eclipsium* and *Liber Messehalla in radicibus revolutionum*. The work also survives in a Hebrew version.

Significance: one of the authoritative works on great conjunctions in the Middle Ages and the Renaissance. The Latin translation is extant in over 60 manuscripts and five printed editions from 1493 to 1551.

Contents: 12 short chapters on the influence of the planets on the weather and on terrestrial events of general nature, such as plagues, wars, rise of kings and prophets, etc. Particular attention is paid to the conjunctions of the outer planets (Saturn, Jupiter and Mars) in the four triplicities.

Reproduction 1: Basel, Iohannes Hervagius, 1533 [Warburg FAH 750], second part, pp. 115-118.

Title: *Messahallach de ratione circuli et stellarum, et qualiter operantur in hoc seculo.*

Inc.: 'Quia dominus altissimus fecit terram ad similitudinem sphaerae et fecit circum altiorem in circuitu eiusdem volubilem...' [TK, 1217].

Expl.: '... Hoc est ultimum eorum quae protulimus in hoc libro, et est ex secretis scientiae astrorum.'

Reproduction 2: ed. Joachimus Hellerus, Nürnberg, Johannes Montanus & Ulricus Neuberus, 1549 [Warburg FAH 765], sig. F_{III}r-[G_{III}v].

Title: *Incipit epistola Messahala de rebus eclipsium, et de coniunctionibus annorum mundi, breviter elucidata, et sunt in ea capitula duodecim.*

Inc.: 'Primum caput est de ratione circuli et stellarum... [table of contents]. Caput I. De ratione circuli, et stellarum et qualiter operantur in hoc seculo. Scito quod dominus altissimus fecit terram ad similitudinem sphaerae...'.

Expl.: '... est enim ex secretis scientiae astrorum. Perfectus est liber Messahala, translatus a Ioanne Hispalensi in Limina, ex Arabico in Latinum sub laude Dei et eius auxilio.'

Notice by David Juste

INCIPIT EPISTOLA MESSAHA-
 LAE DE REBUS ECLIPSIVM, ET DE
 coniunctionibus Planetarum, in reuolutio-
 nibus annorum mundi, breuiter eluci-
 data, & sunt in ea capitula
 duodecim.

Primum caput est de ratione circuli & stellarum, & qua-
 liter operantur in hoc seculo.

Secundum caput de diuersitate uestigij, hoc est, operis stella-
 rum in plagiis terræ.

Tertium caput de signis eorum calidis scilicet & frigidis, &
 quæ sint ex eis fixa uel mobilia, diurna aut nocturna.

Quartum caput de reuolutione annorum mundi.

Quintum caput de eclipsi Lunæ & eius significatione.

Sextum caput de mutatione temporum, per mutationem
 planetarum in signis ponderosorum.

Septimum caput de Eclipsi Solis & eius significatione.

Octauum caput de coniunctione planetarū, & eius opere.

Nonum de coniunctione planetarum altiorum,

Decimum caput de coniunctione maiori.

Vndecimum de coniunctione media.

Duodecimum, de coniunctione minore.

CAPVT I. DE RATIONE CIRCVLI,
 & stellarum, & qualiter operantur
 in hoc seculo.

Scito quod dominus altissimus fecit terram ad similitudi-
 nem sphæræ, & fecit circulum altiorem in circuitu eiusdem
 uolubilē, posuitq; terram fixam & immobilem in medio cir-
 culi,

culi, non declinantem ad dextram neq; ad sinistram, & pos-
suit quatuor elemēta mobilia, hoc est, fecit ea moueri & mu-
tari per motum septem planetarum. Caput uero Draconis
& signa et uniuersæ stellæ, participantur septem planetis in
operibus suis atq; naturis. Simile est ergo opus planetarū
in hoc mundo, lapidi magnetis & ferro, quia sicut adtrahitur
ab hoc lapide ferrum per notam longitudinem, ita omnes
creaturæ, & uniuersa quæ sunt super terrā, afficiuntur à mo-
tu planetarum. Et uniuersorum quæ sunt super terram tam
semīnum quām animalium fortuna seu impedimentū, apta-
tio quoq; uel destructio fit ex motibus planetarum in operi-
bus eorum. Cuius rei maxima significatio est diuersitas ho-
minum in esse suo, & in fœlicitate atq; diuersitate. Et quia ui-
demus quosdam rationales priuari bonis, quosdam uero stu-
tos bonis perfrui, nunquid hoc non habet aliquam causam
significantem, cū fortuna & infortunia fiant absq; arbitrio &
uoluntate eorum qui patiuntur, fortunatorū scilicet & infor-
tunatorum. Et hoc totum nutu Dei, est opus planetarum,
& eorum fortuna atq; infortuna.

C A P V T II. D E D I V E R S I T A T E V E S T I-
gij, idest, operis stellarum in plagiis terræ.

SCITO QUOD sit planetis opus diuersum, secundum diuersi-
tatē climatum, cū in quibusdam climatibus fuerint pla-
netæ quidam fortunæ, & quidam mali in alio climate diuer-
sis ordinibus. Et ideo debet omnis rationalis intelligere ra-
tionem climatum atq; regnorū, ut regio Aethiopum, apud
quam est calor semper, & terra Sclauorum apud quos est fri-
gus semper. Cūq; significauerint planetæ ciuibus Aethiopæ
frigus superfluum temperatur eorū aér, & hoc idem si signi-
ficauerint Sclavis, corruptetur eorum aér, & peribit eorum
habitatio. Et ob hoc necessaria est sciētia rationis climatum
atq;

atqe regionū, ac temperamenti aēris. Et scito quōd scientia astrorum sit grauis ualde, & quōd dignius ex ea sciri potuit, est hoc omne scilicet uniuersale ac plurale, ut sunt reuolūtiones annorū, & Eclipses, & horū omniū significationes intelligere, & hoc non fit nisi per cognitionem naturarum cœlestium signorum, & quid significet unūquodqe & ex regionibus & ex prouincijs, ac uniuersis rebus. Et iam prædiximus hoc in libris nostris, sed nunc dicamus partem harum rerum breuiter, & modo incipimus cum Dei auxilio.

CAPVT III. DE NATVRIS SIGNORVM,
& quæ ex eis sint fixa, mobilia, diurna
atqe nocturna.

Signa sunt duodecim, in unoquoqe signo 30 gradus, & in unoquoqe gradu 60 minutæ atqe in unoquoqe minuto 60 secunda, & sic usqe ad quantitatem puncti, hoc est usqe ad infinitum. Et hi sunt characteres eorū, v x ii c s m u n w z . Et sunt eorum significationes, super ignem, aērem, aquam, & terram. Nam tria ex eis sunt ignea, v scilicet, s & x . Et tria sunt terrea, c m w . Et tria aeria, ii & u . Et tria aquatica, z n w . Signa etiam ignea & aērea sunt calida, aquatica, & terrea frigida. Et scito quōd omnia signa calida sunt masculina, & frigida fœminina. Masculina etiam omnia sunt diurna, & fœminina nocturna. Sunt quoqe signorum quatuor mobilia, in quibus scilicet mouetur tempus, quæ sunt v c & w . Et quatuor fixa in quibus figitur tempus, quæ sunt, x s m & z . Quatuor uero sunt bicorporea uel communia, in quibus uidelicet duo coniunguntur tempora, quæ sunt ii m x z , atqe hæ sunt naturæ signorum.

CAPVT IIII. DE REVOLVTIONIBUS ANNORUM.

Cum

CVm uolueris scire quid accidat in mundo de pluuijs & uentis &c. Constitue ascendens hora introitus Solis in primum punctum Arietis, & constitue planetas septem, ad eandem horam, & facta figura, considera quis eorum præsit ei. Qui si fuerit fortuna, aptabitur tempus, si uero fuerit malus & impeditus, erit mundus corruptus. Et similiter fac in quartis anni, & mensibus eius. Et scito, quia cum planetæ plures coniuncti fuerint in signis, aquaticis, in reuolutione anni, significabunt multitudinem pluviæ. Et in signis igneis significabunt superfluitatem caloris & siccitatis, uel terræ sterilitatem, Et in aereis multitudinem uentorum. Et in terreis significabunt gelu atq; niues, & similiter in quartis anni, Cum fuerint planetæ in signis frigidis significabunt grauitatem frigoris, aut minutionem caloris. Scito quoq; cum præ fuerit figuræ Mars aut Saturnus, & non aspexerint eos fortunæ, significabunt multitudinem discordiarum, & destructionem mundi. Ita etiam cum fuerit Mars dominus quartæ æstivalis, & fuerit in aliqua domorum Mercurij, significabit multitudinem pluviarum & pestilentiarum. Et scias quod grauitas siccitatis & terræ sterilitas, uel penuria amonæ, non accidit nisi ex coniunctione planetarum in signis igneis. Intellige hoc & proba, secundum quod dixi tibi. & inuenies uerum, si Deus uoluerit.

**C A P V T V . D E E C L I P S I L V N A E
& eius significatione.**

OPortet te considerare Eclipses anni tam lunares quam Solares, & scire ascendens mediæ eclipsis, & eū qui præ fuerit eidem ascendentι, & eius figuræ. Quòd si fuerit malus significabit impedimentum & destructionem. Si uero fuerit fortuna significat aptationem. Et scito quòd Eclipsis Lunæ cum fuerit in signis frigidis, significat grauitatem frigoris,

goris, & in aquaticis, dampna pluuiarum, si adiuuerit tempus,
idest, si fuerit hyems. Si uero fuerit æstas temperamentum
aëris intellige, & proba eodem modo cætera. Intellige etiam,
quia cum fortunæ aspexerint Lunam, & receperint eam, erit
eius significatio in his, quæ significauerit super bonū & utile.

C A P V T VI. D E M V T A T I O N E T E M-
porum, per mutationem planetarum
ponderosorum in signis.

CVm uolueris scire temporis uarietatem super res mun-
di corruptibilis diuersas, scito signa planetarum ponde-
rosorum, utrum sint calida uel frigida, quæ si fuerint calida
significant calorem in æstate, & temperamentū aëris in hye-
me. Et si fuerint in signis frigidis, significabunt frigus in
hyeme, & temperamentū in æstate. Et similiter cum coniun-
cti fuerint planetæ in signis aquaticis, significabunt super-
fluas pluuias, & aëris corruptionem per easdem in hyeme, &
temperamentum aëris, ac multitudinem roris in æstate. Et
secundum hoc proba, quia non errabis. Planetæ autem pon-
derosi sunt, Saturnus Iupiter & Mars, quibus debes quoq;
adiungere Solem. Scito deniq; quòd planetæ ponderosi, cū
fuerint in directo alicuius regionum, significabunt siccita-
tem, nec non terræ sterilitatem. Cum uero elongati fuerint
ab ea, significabunt multitudinem pluuiarum. Volo autem
intelligi per propinquitatem, ut sint in signis septentrionali-
bus, & per longitudinem ut sint in meridionalibus. Scito
quoq; quòd planetæ ponderosi cū fuerint omnes orientales
significabunt siccitatem. Et cum fuerint omnes occiden-
tales, significabūt multitudinem pluuiarum in hyeme, & tem-
peramentum aëris in æstate. Et similiter in ortu significant
aptationem aëris in hyeme, & nimiam siccitatem in æstate.

G Caput

CAPVT VII. DE ECLIPSI SOLIS,
& eius significatione.

SCITO QUOD in Eclipsi Solis non poterit fieri, quin significetur magnum aliquod accidens, secundum quantitatem ipsius Eclipsis, hoc est ut sit ex quarta corporis Solis uel supra. Scientia autem eorum quae accidunt de Eclipsi Solis, est ut scias ascendens mediæ Eclipsis, & planetas uincentes super figuram Eclipsis. Quia si fuerint mali, significabunt malum ac detrimentum, & mortem regum ac diuitium, & si fuerint fortunæ significabunt fortunam & aptationem rerum. Et scias quod Eclipse Solis cum fuerit in Ariete, significabit interitum regum & diuitium & siccitatem, siue terræ sterilitatem atque famem. Et ita in reliquis signis igneis: In aquaticis autem significat multitudinem pluuiarum, & detrimentum ab eis. Intellige quoque, quod fortunæ cum aspexerint, minuent mala. Mali uero cum aspexerint amplificabunt ea, & minuent fortunam. Scito etiam quod cum Sol uel Luna fuerit Hylech uel Alcochoden alicuius, & obscuratus fuerit significabit ei, cui fuerit Hylech uel Alcochoden, periculum magnum, uel infirmitatem grauem, nisi aspexerint fortunæ.

CAPVT VIII. DE PLANETARVM
coniunctione & eius opere,

CONIUNCTIO planetarum significat accidentia huius mundi & eius res, quae sic considerantur, tempore coniunctionis planetarum altiorum & inferiorum. Quia fortunæ significant fortunam & bonum effectum, si uicerint super figuram coniunctionis. Si uero mali uicerint, significabunt malum & effectum mali. Noueris etiam quia cum coniuncti fuerint in aliquo signorum, significabunt detrimentum, & multitudinem detrimenti, secundum substantiam eiusdem signi,

26

signi, hoc est, si fuerit coniunctio in signis aquaticis, significat detrimentum pluuiarum, & sic in cæteris signis. Si autem coniuncti fuerint in signis fœmininis, significabunt pestilencias & mortem fœminei sexus animalium. Et idem dicitur de masculinis. Et scito quod coniunctiones & Eclipses luminum, cum fuerint in signis fixis, significabunt durabilitatem mali, & eius detrimentum. Et si fuerint in signis mobilibus, significant paucitatem durabilitatis mali, & illius detrimenti. Si uero fuerint in signis cōmunibus, significabūt mediocre malum, & similiter dic de bono.

CAPVT IX. DE CONIUNCTIONE planetarum altiorum.

SCITO QUOD res maximæ & mirandæ accidunt ex coniunctione planetarum superiorum, & hoc fit propter tarditatem motus eorum. Cumq; iuncti fuerint ipsi tres in uno termino uel facie, & aspexerit eos Sol, significabunt destructionem seatarum & regnorū, & eorum mutationē, & res maximas secundum quantitatem fortioris eorum, & uincētis super signa eorum. Et hæc est coniunctio eorum maxima, quæ significat prophetam, & destructionem quorundam climatum, & res maximas, & maxime si auxiliatus fuerit eis aliquis planetarū inferiorū. Et scias quod fortior cæteris erit significator, qui si fuerit fortuna, significabit fortunam, & si fuerit malus, significabit malum atq; tribulationem. Intellige etiam quod hi, cum coniuncti fuerint in exaltationibus suis, significabunt bonum, & aptationem temporis, & multitudinem commotionis bellorum, & demonstrationem miraculorum. Si uero iuncti fuerint in casibus suis, significabunt detrimentum, & siccitatem, & sterilitatem terræ atq; famem, nisi fuerint fortunati. Et noueris quia cum iuncti fuerint in signo igneo, significabūt etiam terræ sterilitatem,

G ij & in

& in signo aquatico pluviæ multitudinem, in aëreo quoq; si-
gnificabunt fortitudinem uentorum, & in terreo superfluita-
tem frigoris atq; detrimenti. Et cum coniuncti fuerint in
signis masculinis, significabunt detrimentum animalium ma-
sculinorum, in fœmininis fœmininorum &c.

C A P V T X . D E C O N I U N C T I O N E ne maiori.

I Am narrauimus quòd res principales accidunt à coniunc-
tione maiori, quæ est coniunctio planetarū superiorum.
Sed sunt his planetis superioribus aliæ coniunctiones signi-
ficantes accidentia maiora. Coniunctio nanc; Saturni &
Iouis est coniunctio maxima, & hæc significat accidentia &
sextas,. Scientia autem accidentium ex ea habetur aspiciens
do ascendens, & planetas hora coniunctionis eorum. Et is
qui dominatur in figura si fuerit fortuna, significat bonum &
aptationem temporis. Et si fuerit malus, detrimentum &
siccitatem, nec non terræ sterilitatem atq; discordias. Scito
ergo quòd cum Iupiter fuerit fortior Saturno significabit bo-
num in eadem coniunctione. Si uero Saturnus præerit si-
gnificabit detrimentum atq; tribulationem. Et scito quòd
coniunctio eorum in signis igneis & tereis, significat siccita-
tem & terræ sterilitatem, nec non fori grauitatem. In terreis
significat destructionem seminum & famem, In aquaticis
uero, significat damna pluuiarum, ac pestilentiae, ea tamen
conditione, si sint impediti. Si demum fuerint fortuuati si-
gnificabunt augmentationem bonorum in omnibus eorum
significatis, & mali diminutionem. Item scias quòd con-
iunctio maior cum fuerit in aliquo angulorum, & maxime
in angulo mediū cœli significabit apparitionem regis uel
prophetæ ex parte eiusdem signi. Si autem fuerit ipsum si-
gnum fortunatum, & dominus eius boni esse, significabit
hoc

hoc illius triumphū atq; dominationē. Si uero hoc fuerit im-
peditum & dominus eius, significabit hoc eius interitū atq;
deiectionem, & erit coniunctio metuenda per annos eius
coniunctionis notos, quos alibi commemorauimus.

C A P V T XI. D E C O N I V N C T I O N E M E D I A.

COniunctio media est coniunctio Martis & Saturni, &
hæc significat accidentia bellorum atq; cōtentionum con-
trarietates. Cumq; uolueris scire eadē accidentia, scito domi-
nantem in figura eorum coniunctionis, quia si fuerit fortu-
na significabit fœlicitatem & aptationem esse. Et si fuerit
malus, significabit malum & eius impedimentū. Scias etiam
quòd coniunctio eorum in signis humanis, significet multi-
tudinem infirmitatum hominibus, & coniunctio eorum in
aliquo angulorum anni, significet contrarietatem diuitum
& regum, & discordiarum multitudinem, & durabit res do-
nec iunguntur alia uice. Et coniunctio eorum in signis igneis
significat siccitatem, & terrę sterilitatem, & in aëreis uentos,
in aquaticis multitudinem pluuiarum, & in terreis, gelu &
niuem, ac frigoris multitudinem. Scias etiam quòd fortunæ
cum aspexerint minuent malum, & mali augebunt. Proba
quemadmodum narrai tibi, & inuenies si Deus uoluerit.

C A P V T XII. D E C O N I V N C T I O N E M I N O R I.

COniunctio minor est coniunctio Iouis & Martis, & hæc
significat accidentia, quæ contingunt ex pluuijs & niui-
bus, & corruptionem aëris atq; bella. Si autem uicerit in eo-
rum coniunctione fortuna, significabit fortunam, sin malus,
malum. Et scito quòd Iupiter & Mars cum iuncti fuerint
G ij in ascens]

in ascendentे anni, vel in aliquo angustum eius, significabit commotionem & diuersitatem regum, nisi aspicerint fortunæ. Scito etiam, quia quotiescunq; coniuncta fuerit cum malo, apparebit natura fortioris eorum. Et cum iunctus fuerit malus malo, superabundabit malum, nisi is qui præfuerit coniunctioni sit fortuna. Intellige hoc ultimum eorum quæ protulimus
in hoc libro, est enim ex secretis
scientiæ astrorum.

PERFECTVS EST LIBER

Messahalæ, translatus à Ioanne Hispalensi in Limina, ex Arabico
in Latinum sub laude Dei,
& eius auxilio.

Messahalla, *De significationibus planetarum in nativitate*

Author: Māshā'allāh (Baghdad, fl. ca. 762-815).

Original title: Arabic original unknown.

Translation: translator unknown. No Latin manuscripts seem to be prior to the 15th century.

Significance: extant in at least four manuscripts and three printed editions from 1493 to 1551.

Contents: a work in 26 chapters dealing with the interpretation of the position of the planets in birth horoscopes (nativities), respectively the position of each planet in the signs (chapters I-VII), the position of the lord of each house in the twelve houses (chapters VIII-XIX), and the position of each planet in the terms (chapters XX-XXVI).

Reproduction: ed. Joachimus Hellerus, Nürnberg, Johannes Montanus & Ulricus Neuberus, 1549 [Warburg FAH 765], sig. G_{IV}R-L_{II}R.

Title: *Incipit Messahala super significationibus planetarum in nativitate quando fuerit in suis domibus vel extraneis.*

Inc.: 'Caput I: De Saturni significatione in suo aut alterius signo. Cum Saturnus fuerit in domo sua, opera eius erunt fortia...'.

Expl.: '... operum eius bonus eris, si Deus voluerit. Finis libri Messahalae de significatione planetarum in nativitatibus.'

Bibliography: F.J. Carmody, *Arabic Astronomical and Astrological Sciences in Latin Translation. A Critical Bibliography*, Berkeley-Los Angeles, 1956, pp. 27-28 (nr. 4); L. Thorndike, 'The Latin Translation of Astrological Works by Messahala', *Osiris*, 12, 1956, pp. 69-70 ; D. Pingree, 'Māshā'allāh', in *Dictionary of Scientific Biography*, IX, New York, 1974, pp. 159-162 (pp. 161-162, nr. 22). (D.J.)

Notice by David Juste

LIBER MESSA.

HALÆ, SVPER SIGNIFICATIO- nibus Planetarum in nativitate, cuius hæc sunt capita,

- C**Apud primum, de significato Saturni in domo sua uel aliorum.
- Secundum, de significatione Iouis in domo sua uel aliorū.
- Tertium, de significatione Martis.
- Quartum, de significatione Solis.
- Quintum, de significatione Veneris.
- Sextum, de significatione Mercurij.
- Septimum, de significatione Lunæ.
- Octauum, de significatione domini ascendētis, quando fuerit in ascende, & alijs undecim domibus.
- Nonum, de significatione domini secundi, in duodecim cœli locis.
- Decimum, de significatione domini tertij.
- Vndecimum, de significatione domini quarti.
- Duodecimum, de significatione domini quinti.
- Decimum tertium, de significatione domini sexti.
- Decimum quartum, de significatione domini septimi.
- Decimum quintum, de significatione domini octaui.
- Decimum sextum, de significatione domini noni.
- Decimum septimum, de significatione domini decimi.
- Decimum octauum, de significatione domini undecimi.
- Decimnm nonum, de significatione domini duodecimi.
- Vigesimum, de significatione Saturni, quando fuerit in suis uel aliorum terminis.
- Vicesimum primum, de significatione Iouis in suis uel aliorum terminis.
- Vicesimum secundum, de significatione Martis in proprio aut alterius termino.
- Vices

Vicesimum tertium de significatione Solis in proprio aut alieno termino.

Vicesimum quartum de significatione Veneris in suo aut alieno termino.

Vicesimum quintum de significatione Mercurij in suo aut alieno termino.

Vicesimum sextum de significatione Lunæ in proprio aut alterius termino.

INCIPIT MESSAHALA SVPER
significationibus Planetarum in natuitate,
quando fuerit in suis domibus
uel extraneis.

CAPUT I. DE SATVRNI SIGNIFICAS-
tione in suo aut alterius signo.

CVm Saturnus fuerit in domo sua, opera eius erūt fortia, & natus miscetur cum ijs qui sciunt scientias, & si fuerit natuitas in die, erit fortior, si in nocte erit dolorosus.

Si Saturnus fuerit in domo Iouis, significat quod multū uiuet natus, & habebit multam substantiam, & honorem ante principes si fuerit in die natus, in nocte uero, paupertatem & damnum substantiæ patris experietur.

Si fuerit in domo Martis, natus erit latus, & damnum patietur in patris substantia, & uidebit mortem successorum suorum.

Si fuerit in domo Solis, erit natus aperte faciei, & erit quasi illusor & ioculator, & erit iracundus, & paruam uel expectationem uel stabilitatem habebit. Et si fuerit in die, in honestitate erit & multa fortuna, & opera patris eius erunt bona,

si in

29

si in nocte non habebit honorem, sed habebit lites & laborem, impeditus à fratre.

Si fuerit in domo Veneris, opera eius erit mala cum mulieribus, & accipiet senes mulieres, & diligit uetularum concubitum, macilentarum & ignominiosarum, & ex isto euentu audiet mala uerba, & uidebit dedecus.

Si fuerit in domo Mercurij, erit lingua eius grauis, & erit lenis cordis, & diligit Philosophos & Astronomos & inventiones caesarum uel ludum, & uidebit profundū, & quærer scientias, & ex isto euentu inueniet damnum, fiet animus eius grauis aut lingua, & habebit conuersationem malam, & habebit multam intidiam, & quemcunq; sermonem loquuntur de eo, cito credet.

Si fuerit in domo Lunæ, habebit scandalum cum mulieribus & socijs, & infirmitas eius erit ab flegmate & splene, & in medietate eius inferiori, uel ab umbilico inferius erit eius infirmitas, & matris eius similiter, & in substantia matris damnum faciet.

C A P V T II. D E S I G N I F I C A T I O N E

Iouis cum fuerit in domo sua, uel
aliorum planetarum.

IVpiter si fuerit in domo Saturni habebit modicum honorem, & seruiet Principibus & maioribus, & erit multarum cogitationum, auarus, & magnum damnum perpetetur, & laborabit ut appareat eius paupertas, & erit mali cordis, negligens & pigerrimus ac hebes, & opera sua priuatim faciet, & ex illo euentu inueniet damnum.

Si fuerit in sua domo, in bonitate, fortuna, bonis operibus, honore ac diuitijs erit, & si fuerit in die, utilius erit, ac si non aspexerit eum infortunium, habebit ante principes honorem multum. Et si fuerit in nocte, supra dicta parua erunt

H & de,

& de parte in partē uitam faciet, & si eligetur ad aliquid, ex illo euentu eueniet ei locus quasi religiosorum.

Si fuerit in domo Martis, in honore & exaltatione erit, & diligit eos qui sciuerint leges, & seruiet doctoribus & maioribus, & coniungetur regi uel principi, eritque potator uini, & quae faciet opera ex maiori parte laudabuntur ab omnibus, & eius accubatio uel sessio & eleuatio cum principibus erit, Et si fuerit Sol uel Luna in angulis, aut succendentibus erit quasi princeps, & diffamabitur nomen eius in mundo.

Si fuerit in domo Solis, erit honestus & sapiens, ac habebit bonitatem iuxta principes ac magnos. Et si fuerit in angulo, & non fuerit impeditus, erit multum diues, & erit magnus sicut princeps, aut talibus assimilabitur, & utilius erit si fuerit in die nativitas ipsius pueri.

Si fuerit in domo Veneris, multū bursabit, & natus fuerit masculus, conuersatio eius scilicet sessio & statio erit cum principibus, & habebit honorem & dignitatem, & accipiet uxorem aliquā, quae habebit magnum honorem, & uidebit multam læticiam, & habebit lucrum à mulieribus. Et si fuerit fœmina erit religiosa, & quasi monacha, & bonæ fidei, & honesta, & ex isto euentu inueniet bonitatem.

Si fuerit in domo Mercurij, in magnitudine præcipiendi hominem, super magnos significat, & milites habebit, & erit mercator, aut monetæ percussor, & multa accipiet & multa dabit, & erit philosophus & sapiens, & erit quasi princeps, & lucrabitur multam substantiam.

Si fuerit in domo Lunæ, bonitatem & magnitudinem habebit & multam substantiam, & eius sessio & statio erit cum principibus ac magnis, & si fuerit in angulis aut succendentibus, melius erit, & fuerit in die. Si uero fuerit in nocte, erit de maioribus fidei, & faciet bona opera, & erit cognitus uel manifestus in terra sua, uel in suo castro.

C A P V T III. D E S I G N I F I C A T I O N E
Martis in sua aut alterius domo.

Si fuerit Mars in domo Saturni, erit teneri cordis, & habebit multam iram. Et si fuerit in Aquario, erit infornatus. Si fuerit in Capricorno erit audacis cordis, & non habebit negligentiam. Et quæcunque opera uult e manibns suis egredientur, & substantiam patris eius minuet, & morientur fratres eius.

Si fuerit in domo Iouis in honestate miscebit cū militibus & dominis armorū, et si fuerit Iupiter, cū eo, erit magnus miles, et amabilis, nō erit in malis operibus, et si uiderit eū de domo Martis aspectu amicitię, erit magnus, & q̄si comes, et habebit exercitū, et sup omnes aduersantes sibi erit manus eius.

Si fuerit in domo sua, erit miles & uaniloquus, & erit Geometer ac fortunatus, et habebit multū honorē, et erit maritus, cadet ab alto loco, si fuerit in Ariete, & nō aspicerit eū fortuna. Et si fuerit in Scorpione nō habebit timorē, & erit diues, quæcunque opera uult à manu eius egrediuntur, & utilius si fuerit in nocte natus, & si fuerit in die malus, & male lingue erit.

Si fuerit in domo Solis infirmitatē habebit à multo calore, sed erit fortunatus, et habebit timorē de uulnere, et mors eius subita erit, et occidet, et pater eius similis in senectute ipsius.

Si fuerit in domo Veneris erit fornicator, & cū proximis suis fornicabit, & erit quasi sodomita, accipiet uxorē de illis, cū quibus fornicabit, & inueniet mala à mulieribus. Et si fuerit in libra habebit timorē & à ferro, & ab igne, & in occultis locis. Et si fuerit in Tauro erit multorū puerorum, & malus pro fornicatione.

Si fuerit in domo Mercurij, erit sapiēs & sciēs, & inueniet mala ex operibus quæ nō uult. Et habebit multā substaniā, et multū ambulās erit, et inueniet damnū in itineribus. Et erit Astronomus & scriptor & philosophus, et sciet liberare alias à pprījs, et erit quādo habebit paruā substaniā & lucrū eius,

Hū & uita

& uita ex furto, & mala opera ex maiore parte erunt.

Si fuerit in domo Lunæ, seruiet Principibus, & patietur multa mala, & eius infirmitas erit diuersa in uentre & in occulto loco, & infirmitas matris eius prolongabitur, & damnum magnum habebit uel dabit, & habebit timorem à subita morte.

C A P V T I I I I . D E S I G N I F I C A T I O N E Solis, in sua & aliorum domo.

Si fuerit in domo Saturni, est bonum ipsius & patris eius, & si fuerit in die erit magnorum operū, & erit apertæ faciei, uel balbus, & irrisor, uel sabatharius, & omnia operaexeunt à manibus eius. Et si fuerit in nocte, erit in malū patris eius, & habebit paruam substantiam, & cito irascetur, & erit in operibus instabilis, & de uno in aliud mutabitur.

Si fuerit in domo Iouis, erit in bonitatem eius & exaltationem, habebit bona opera & sapientiā, & miscebitur cum principibus, & stabit super opera munda, & perducet ea in bonum, & erit bonus homo, sed suspectus in domo sua, cum proximis suis. Et si fuerit in die miscebitur cum principibus, & faciet malitiam, & erit cum uxore patris sui, & cum uxoribus proximorum suorum.

Si fuerit in domo Martis, quasi in perditionem patris & matris eius erit, & inueniet mala à feris, aut ab igne, & habebit timorem à subita morte, & à morte in senectute, & habebit dolorem in uisceribus & in epate, si fuerit in Scorpione. Et si fuerit in Ariete, erit in exaltatione & fortuna, ac honore eius in omni uita sua si fuerit in die, sed si fuerit in nocte, hæc erunt minora.

Si fuerit in domo sua, & fuerit in angulo aut in succedentibus, erit magis admiratus quam comes, & erit diuus, & longæ uitæ, & fortis, ac lucrabitur magnam substantiam à ciuitatibus

31

tatibus & uillis. Et si fuerit nocte, erit in stulticiam eius, & patris eius, in separatione eius à patre & matre sua in peregrinatione.

Si fuerit in domo Veneris, habebit bona à mulieribus, & fortuna eius erit à mulieribus, & aperiet cor suum in profundis operibus, & erit iudicator somniorum, & erit manifestus & cognitus pro socijs quos nouit, & erit erectus in bonis operibus & peregrinationibus.

Si fuerit in domo Mercurij, erit Astronomus & habebit multos equos, & erit sciens & fortunatus, & erit boni ingenij & memoriae melioris, & amabit scandalum. Et si fuerit in die erit uilius. Et si fuerit in nocte, habebit impedimentum uel molestiam à flegmate, & cholera.

Si fuerit in domo Lunæ, erit in læticiam & stulticiam nati, & in paucam substantiam eius, & erit malus operator. In perticitia cum fuerit magis lucrabitur substantiae, & habebit dolor in stomacho, & in occultis locis. Et miscebitur cum incantatoribus uel coniuratoribus, & ihs qui scribunt brevia ad curandum infirmos.

C A P V T V. D E S I G N I F I C A- tione Veneris.

Venus si fuerit in domo Saturni, malum eius erit ex acceptione mulierū, & amabit concubitū ueteralarum & contemptarum mulierum, ex illo euentu mala de eo loquentur, & omnia eius opera perficientur & erit lætus. Et si fuerit in nocte operabitur malas acceptiones mulierum uel coniugia, & ex illo euentu inueniet mala & impedimentum, & videbit mortem uxorum suarum.

Si fuerit in domo Iouis, est in bonitatem & fortanam, & exaltationē eius, & maior eius substantia à mulieribus, aut ab opere aliquo muliebri erit, aut ab opere quod facit per mu-

Hij lieres.

lieres. Sicut si fuerit hospitiū custos aut administrator uel procurator. Et si fuerit in nocte, minus erit.

Si fuerit in domo Martis inueniet mala ab inimicis, & scandala, & cōmiscebitur cū in honestis Sclavis, & eius coniugiū grauiter eueniet, & occidet uxorē suam, præzelositate.

Si inuenitur in domo Solis, erit latus, & habebit bonam uitam, & diligit inhonestas mulieres, & amabit gaudia & Iudos, & homines loquentur mala de eo, & uidebit maiori ex parte uoluntates suas, quas habet in corde.

Si fuerit in domo sua significat multa gaudia, amorem stultarum mulierum, unde malum habebit, erit tamen in operibus suis fortunatus, & consequetur bonum.

Si fuerit in domo Mercurij, miscebitur cum maioribus filiis dei, & seruientibus mulieribus, & in operibus quæ assimilantur his quæ cōiunguntur mulieribus, sicut pictor aut deaurator, aut similis, & diligit concubitum.

Si fuerit in domo Lunæ, habebit amorem in malo cōiugio mulierum, & in gaudio & ludis, causa erroris, uel desiderabili amore, & præuaricatiōis uel prauę operationis opus habebit.

C A P V T VI. D E S I G N I F I C A T I O N E Mercurij.

Mercurius si fuerit in domo Saturni, erit sapiens in omnibus operibus, & inuentor cantionum uel laudum, aut erit Astronomus aut Medicus, aut erit infortunatus in lucrando substantiam, & lingua eius grauis, & miscebitur hominibus bonæ credulitatis, & erit manifeste honestus.

Si fuerit in domo Iouis miscebitur cū principibus, & negotiatoribus, & habebit mandatū uel præfecturā in principum operibus, & erit sapiens in præfectura, Iudex in bona fide uel credulitate.

Si fuerit in domo Martis, habebit bonum sensum & erit sciens, & habebit modicum lucrum, aut erit miles, & scribet chartas

32

chartas falsas sub nomine iudicis uel principis, & erit mens
dax, & ex isto euentu inueniet mala.

Si fuerit in domo Solis, bonam conuersationem & bona
opera habebit, & erit Astronomus, & sciēs in omnibus ope-
ribus, & omni die crescit eius scientia, & erit boni intellectus
& memoriæ, & erit inuētor profundū scīētiarū & occultorū.

Si fuerit in domo Veneris, cor eius desiderabit coitus, &
pigebit, & in bonam histrionicam uitam redibit, & habebit
multos amicos, & quasi fratres, & amabit ioculariam, sicut &
lyra & similia, & aliqua antiqua bene imitatur, & amabit ra-
tionem numeri, & tertionem librorum.

Si fuerit in domo sua, erit iracundus, & accensus, & tena-
cis iræ, & erit sciens bonū, & operabitur mercationē, & erit
inuētor profundū scīētiarū, & occultarū, & erit Astronomus.

Si fuerit in domo Lunæ, erit stultus, & multum peregrin-
abitur, & instabilis, & erit domorum fabricator, & cito
iraſcetur, & cito placabitur, & miscebitur cū maioribus fidei,
& ex maiori parte opera cum scientia faciet.

C A P V T VII. D E S I G N I F I C A T I O N E

Lunæ, in domo sua uel aliorum.

Luna si fuerit in domo Saturni, erit malum nati, & matris
eius, & habebit dolorem à uentositate & splene, & mala
dicētur de eo, et si fuerit minuta lumine, in senectute inueniet
dolorē de frigiditate & renibus. Et si fuerit in nocte deterius

Si fuerit in domo Iouis, significat magnitudinē, boꝝ (erit.
nitatem & fortunā nati, & erit manifestus inter homines, &
concubet cū aliqua uel aliquo quod non conueniet, & cum
prævaricatione, & ille uel illa de proximis suis, uel ppinquis.

Si fuerit in domo Martis leue caput habebit in operibus,
& inueniet mater eius mala, & erit accensus & tenacis iræ,
maxime in scandalis & bellis, & miscebitur cum militibus &
latronibus, ac in nocte pro male ambulantibus.

Si

Si fuerit in domo Solis, significat læticiam & bonam uitam nati, & miscebitur cū principibus, & erit nominatus, & habebit dolorem in capite & in stomacho, & erit fortius si fuerit in tertia signi. Et erit quando habebit paruam substantiam & paruum lucrum.

Si fuerit in domo Veneris, significat dilectionem, & desiderat eius cor coire, & coniugium eius cum gaudio transibit, & uita bene.

Si fuerit in domo Mercurij, habebit bonū sensum, & munda bitur, & erit in fide bonus, & desiderabit mulieres, pueros & puellas, & erit sciens in operibus suis.

Si fuerit in domo sua magnum lucrum habebit, & erit cū honore, & miscebitur cum principibus. Et si aspexerint fortunæ melius erit, si infortunæ, minus.

C A P V T VIII: D E S I G N I F I C A T I O N E
domini ascendentis in duodecim
domibus.

CVm fuerit dominus ascendentis in ascidente, bonum erit, & si aspexerit planeta à medio cœli, inueniet hæreditatem magnam. Et si fuerit in exaltatione sua à principe.

Si fuerit dominus ascendentis in secunda, eueniet substantia ad manus eius, & eam amittet ab eo qui assimilatur signo in quo est.

Si fuerit in tertio, fratres eius maiores erunt ipso, & multam peregrinationem faciet, & si aspexerit fortunam, habebit bonam fidem uel credulitatem, & erit fidelis. Et si aspexerit infortunium erit infidelis.

Si fuerit in quarta, amabit patrem & matrem suam, & inueniet impedimentum uel litem à maioribus, & si fuerit dominus ascendentis in honore, uidebit à parentibus lucrū.

Si

Si fuerit in quinta, penè in infantia sua generabit filios, & habebit uirtutem ab euentu eorum.

Si fuerit in sexto, in operibus quasi seruis assimilabitur, & in multa infirmitate erit.

Si fuerit in septimo, inueniet ex euentu mulierum, & ex acceptione multa bona.

Si fuerit in octavo, significat bona in aliquo ex antiquis, & ex hæreditate.

Si fuerit in nono, erit bonus in fide, & in oratione ad deū, & in peregrinatione multa erit, & in omni sciētia præstabit.

Si fuerit in decimo, quæreret principatum, & inueniet uictoriam in magnitudine & exaltatione.

Si fuerit in undecimo, in inuentione fidei & uictoriae, & multis amicis florebit, & habebit fortunam ab eis, & ipsi ab eo.

Si fuerit in duodecimo, habebit multos inimicos & amulos, & eorum erit dominator, uel superator uel uictor, si fuerit ibi fortis & fortunatus, sin fuerit debilis & infortunatus dic contrarium.

C A P V T I X . D E S I G N I F I C A T I O N E domini secundi in duodecim domibus.

Si fuerit dominus secundi in prima, lucrabitur ex operibus suis, & erit fortunatus, & habebit substantiam.

Si fuerit in secundo significat bonam uitam & erit diues.

Si fuerit in tertio, erit cōtentio inter ipsum & fratres eius, ex euentu substantiae.

Si fuerit in quarto, habebit substantiam à parentibus suis.

Si fuerit in quinto, habebit fortunam à filijs, & filijs eius ab eo.

Si fuerit in sexto, habebit fortunam à quadrupedibus ac

I Sclas

Sclavis, & expendet ex euentu infirmitates.

Si fuerit in septimo, erit substantiam lucratus à mulieribus & socijs, & habebit lucrum à mulieribus.

Si fuerit in octavo, inueniet multam hæreditatem.

Si fuerit in nono, lucrabitur à peregrinatione, & in loco uel habitatione sua non habebit lucrum.

Si in decimo, uita eius sustentabiur à principibus, & à seruitijs eorum.

Si in undecimo, habebit fortunā ab amicis, & amici ab eo.

Si in duodecimo, erit pauper, & grauia uel mala opera faciet, & non faciet ea cito, & in operibus eius multa menda, & loquetur, & erit impeditus non perficere quæ uult.

C A P V T X . D E S I G N I F I C A T I O N E
domini tertij in duodecim
domibus.

Si fuerit dominus tertij in primo, uidebit multa bona à fratribus, & erit fortunatus à fratribus & propinquis, & erit uagus, quia sæpe mntabitur de loco in locum, de terra in terram.

Si fuerit in secundo, lucrabitur substantiam in mutacione de loco in locum, & ex euentu fratum suorum & propinquorum.

Si in tertio, fratres eius erunt nominati, ita ut ipse ad eos ueniat.

Si fuerit in quarto, significat malum partis eius, ex euentu fratum suorum,

Si fuerit in quinto, filij eius uocabuntur nomine fratrī eius, & fratres eius uidebunt à filijs suis bona.

Si fuerit in sexto, significat malum ipsi & fratribus eius.

Si fuerit in septimo, fratres eius accipient eius uxorem.

Si

Si fuerit in octauo, significat malum & mortem fratum eius in diebus suis.

Si fuerit in nono, uxor eius non sit de terra sua, & non de fratribus suis, & ex euentu mulierum cadet in peregrinacionem.

Si fuerit in decimo, habebit paucos fratres & propinquos, & erit vagus de loco in locum.

Si fuerit in undecimo, fratres eius erunt ipsi boni, & erit fortunatus ex euentu eorum.

Si fuerit in duodecimo, inter eum & fratres eius & propinquos cadet inimicitia.

C A P V T XI. D E S I G N I F I C A T I O N E domini quarti in duodecim domibus.

Si fuerit dominus quarti in ascidente, inueniet malum a principibus, & erit debilis uel malus.

Si fuerit in secundo, significat bonitatem patris eius ex euentu ipsius.

Si fuerit in tertio, significat perditionem uel distractio nem fratrum eius, cum substantia patris sui.

Si fuerit in quarto, pater eius erit nominatus, & bona uitæ.

Si fuerit in quinto, filij eius erunt sex, & inueniet discordiam uel impedimentum ex euentu eorum.

Si fuerit in sexto, filij eius erunt quasi sclavi uel serui, & facient seruitia seruorum.

Si fuerit in septimo, significat bonitatem coniugij.

Si fuerit in octauo, erit fortunatus in hereditatibus, & in aliquo ex antiquis.

Si fuerit in nono, in peregrinatione morietur, & infirmitas eius ex maiori parte in occultis locis erit.

I ii Si

- Si fuerit in decimo significat claritatem patris eius iuxta principes, & in operibus principum erit.
- Si fuerit in undecimo, habebit bonitatem ab amicis.
- Si fuerit in duodecimo, erit malum patris eius & propinquorum.

C A P V T X I I . D E S I G N I F I C A T I O N E
domini quinti in duodecim domibus.

Si fuerit dominus quinti in ascendenre habebit fortunam à filijs & amicis.

Si fuerit in secundo, habebit fratres in peregrinatione, & habebit lucrum à filijs suis.

Si fuerit in tertio, à mulieribus habebit fortunam.

Si fuerit in quarto, pater eius erit diues in substantia, & longæ uitæ, & uidebit filios filiorum suorum.

Si fuerit in quinto, filij eius bonitatem, & bonam uitam habebunt, & erunt nominati.

Si fuerint in sexto, filij eius habebunt multum languore, & erunt debilis uitæ.

Si fuerit in septimo, accipiet uxorem maiorem se, & habebit bonitatem & multam substantiam.

Si fuerit in octavo, filij eius morientur in diebus suis, & inueniet quasi principatum & exaltationem.

Si fuerit in nono, filios non generabit in terra sua.

Si fuerit in decimo, filij eius multum languorem habebūt, & malos dies habebit, & non inueniet mala à principibus.

Si fuerit in undecimo, filij eius habebunt fortunam à principibus.

Si fuerit in duodecimo, significat inimicitiam filiorū eius cum eo, & nunquam simul gaudebunt.

C A P V T X I I I . D E S I G N I F I C A T I O N E
domini sexti in duodecim locis.

Si

Si fuerit dominus sexti in ascendentे, erit infortunatus, & assimilabitur Sclauis & multis diebus, post proficiet, & habebit fortunam à Sclauis & quadrupedibus.

Si fuerit in secundo, erit fortunatus in Medicina, & à Sclauis & à quadrupedibus.

Si fuerit in tertio, frates eius aduersabuntur ei, & desiderabit unus malum & mortem alterius.

Si fuerit in quarto, pater eius erit obscurus.

Si fuerit in quinto, significat malum filiorū & seruorū eius;

Si fuerit in sexto, erit Medicus & sciens, & cognoscet herbas.

Si fuerit in septimo, pater eius à mulieribus erit infortunatus.

Si fuerit in octavo, à Sclauis non habebit fortunam.

Si fuerit in nono, erit fortunatus in emptione quadrupedum, & habebit multam infirmitatem in peregrinatione.

Si fuerit in decimo, modicum lucrum & amorem malum habebit à principibus.

Si in undecimo, erit pauper & malæ uitæ.

Si fuerit in duodecimo, sentiet dolores ex euentu quadrupedum & Sclauorum, & nunquam delectabitur.

C A P V T X I I I . D E S I G N I F I C A T I O N E domini septimi in duodecim locis.

Si fuerit dominus septimi in ascendentе, erit contentiosus multum, & melior in operibus mulierum.

Si in secundo significat contentionem eius pro rebus mulierum.

Si fuerit in tertio, significat inimicitiam nati cum fratribus suis.

Si fuerit in quarto, inimicitiam eius cū patre & fratribus.

Si in quinto, inimicitiam eius cum filijs.

I iij

Si

Si fuerit in sexto, erit malum eius ex euentu mulierum
& seruorum.

Si fuerit in septimo, significat bonitatem eius ex coniu-
gio, & cognitione uxorum eius.

Si fuerit in octauo, accipiet uxorem & morietur, & acci-
piet substantiam eius.

Si fuerit in nono, accipiet uxorem à bona generatione, aut
à genere principum.

Si fuerit in decimo, accipiet uxorem fortunatam, & bone
uitæ, & erit exaltata.

Si fuerit in undecimo, significat bonitatem eius ex con-
iugio, & bonitatem uxorum eius.

Si fuerit in duodecimo, coniugium uel uxorem accipiet à
malis uiris, & nunquam unā cum alio lætabitur.

C A P V T X V . D E S I G N I F I C A T I O tione domini octauui.

Si fuerit dominus octauui in ascendentे, erit debilis cor-
poris & corde.

Si fuerit dominus octauui in secunda, inueniet substantiam
ex hæreditatibus.

Si fuerit in tertio, erit lætus ex euentu cognatarum.

Si fuerit in quarto, significat perditionem patris sui, &
eius uilitatem.

Si fuerit in quinto, filij eius morientur.

Si fuerit in sexto, semper eris sanus.

Si fuerit in septimo, hæreditates mulierum comedet, &
uxores eius erunt ei damnum in peregrinatione.

Si fuerit in octauo, in corde erit ut lucretur substantiam, &
eueniet.

Si fuerit in nono, idem.

Si fuerit in decimo, in infantia quæreret habere potestatem
super homines, & non habebit in illo tempore.

Si

Si fuerit in undecimo, erit cognitus & turpia uel mala uerba operabitur.

Si fuerit in duodecimo, paucos inimicos habebit, Sclavi eius interficient eum.

C A P V T X V I . D E S I G N I F I C A T I O N E domini noni in duodecim locis.

Si fuerit dominus in ascendentे, multas peregrinationes faciet, & erit sciens, & nimis parcus.

Si fuerit in secundo, inueniet læticiam ab hæreditate, & erit largus.

Si fuerit in tertio, fratres eius coniugia in peregrinatione facient.

Si fuerit in quarto, pater eius obscurus erit.

Si in quinto, habebit peregrinationem multam, & filios multos.

Si fuerit in sexto, ægrotabit in peregrinatione.

Si fuerit in septimo, extranea coniugia faciet.

Si fuerit in octauo, idem.

Si fuerit in nono, erit in peregrinatione, & uia patris sui, & erit bonus operator, & habebit bonam fidem.

Si fuerit in decimo, in peregrinatione inueniet quasi principatum, & lucrabitur ex tali aliqua.

Si fuerit in undecimo, bonitas eius in peregrinatione erit, & erit longæ uitæ.

Si fuerit in duodecimo, malam credulitatem uel fidem habebit, & in peregrinatiōe uidebit impedimentū ab inimicis.

C A P V T X V I I . D E S I G N I F I C A T I O N E domini decimi in duodecim locis.

Si fuerit dominus decimi in ascendentе, significat bona uitatem eius à principibus, & erit nominatus.

Si

Si in secūdo, ex euentu principis cōgregabit substātiā.
Si in tertio, significat bonitatem fratrum & sororum eius.
Si fuerit in quarto erit pater cognitus ex bonitate eius.
Si fuerit in quinto, innuit infirmitatem filiorum eius & malum.

Si fuerit in sexto, faciet coniugium cum maioribus principiū.

Si fuerit in octauo, innuit bonitatem uxorum eius ab eo.

Si fuerit in decimo, significat stabilitatem principatus.

Si fuerit in undecimo, principatum eius in infantia sua significat.

Si fuerit in duodecimo, faciet inimicitiam cū principibus, & semper erit in discordia principum.

C A P V T X V I I I . D E S I G N I F I C A T I O N E domini undecimi in duodecim locis.

Si dominus undecimi in ascēdente fuerit, bonam consuersationem exhibebit hominibus, & multos amicos habebit.

Si fuerit in secundo, significat bonitatem eius ab amicis.

Si fuerit in tertio, erit in bono nomine fratrum eius & sororum.

Si fuerit in quarto, significat perditionem patris ipsius, & malum ipsius.

Si fuerit in quinto, erit bonus in hospitio suo, & filijs suis.

Si fuerit in sexto, diligit malas & turpes mulieres.

Si fuerit in septimo, significat bonitatem eius, uxorum & filiorum.

Si fuerit in octauo, significat perditionem uicinorum & amicorum eius.

Si fuerit in nono, coniugia peregrina faciet uel extranea.

Si fuerit in decimo, amici eius ab eo bonitatē inuenient.

Si

Si fuerit in undecimo, honoratus erit & diues & exaltatus.
Si fuerit in duodecimo, erit infortunatus & malæ uitæ.

38

C A P V T X I X. D E S I G N I F I C A T I O N E
domini duodecimi in duode-
cim locis.

Si fuerit dominus duodecimi in ascidente, erit infortu-
natus & malæ uitæ, habebit multos inimicos, & omnes
super eum erunt.

Si fuerit in secunda, habebit paruam substantiam, & erit
piger in operibus.

Si fuerit in tertia, habebit inimicitiam cum fratribus &
uicinis suis.

Si fuerit in quarta, significat malum & paucam peregrina-
tionem patris eius.

Si fuerit in quinta, significat malum filiorum eius.

Si fuerit in sexta, significat malum quadrupedum, Sclauo-
rum, seruorum & mercenariorum eius.

Si fuerit in septima, significat malum uxorū eius, & mu-
tuas inimicitias eorum.

Si fuerit in octaua, inimicus eius laborabit ut eū occidat.

Si fuerit in nona, malam fidem habebit.

Si fuerit in decima, à principibus uidebit damna & im-
pedimenta.

Si fuerit in undecima, paruam hæreditatem habebit, &
paucos amicos, & multos inimicos.

Si fuerit in duodecima ab inimicis & æmulis nō timebit.

C A P V T X X. D E S I G N I F I C A T I O N E

Saturni, quando fuerit in suis terminis, uel
aliorum planetarum in nativitate.

K

Si

Si fuerit Saturnus in termino suo, nato tribuit magnitudinem, & multas res, & de multis lucrum, sed erit infirmus, & habebit potestatem a maioribus, & in seruitijs eorum, & in seruitijs religiosorum, & fidei causa omnibus lucrabitur, & erit multum diues, & omnes ad eum pro consilio, de diuersis rebus concurrent. Et si aspexerint eum fortunæ, omnia supradicta augmentabunt, & si mali, minuent.

Si uero fuerit in termino Iouis, natus multa habebit, sed in iuuentute omnia amittet & expendet, & erit tristis, magnum tamen nomen habebit, & ipse & domus eius, & seruitia eius erunt mediocria usq; ad triginta octo annos, & exinde laetabitur in sua prole, & in ea uidebit uoluntatē suam, & antequam noscatur, & ab ipso nato uidebit multa bona, & in ea domo ubi nascetur, erit homo habens uitium in oculo siue infirmitatem, & plurima erit illius substantia, & postquam transierit uigesimum octauum annum, seruitia supra dicti prioris nati erunt bona, & multas res permutabit, & inueniet magna seruitia. Et si aspexerit cum fortuna ab exaltatione sua, supra dicta augmentabit.

Si fuerit in terminis Martis ita demonstratur uia, quoniam parentes nati aduenæ sunt & pauperes, & iste natus substantiam eorum expendet & distrahet. Et propinquos in adulatio[n]e interficiet, aut percuciet cum ferro aliquem fratrem, quem curabit Medicus, & inueniet discordiā a prima uxori, & postq; transierint anni huius planetæ a nativitate eius, & efficietur senex, transibit in seruitia religiosorū, & inuenient eum multi dolores, sed si aspexerint fortunæ, liberabitur.

Si fuerit Saturnus in termino Veneris, ita uidetur, quoniam natus infirmitatem multam in iuuentute habebit, & morietur pater eius cū matre, & habebit filios a duabus uxoris, & inueniet litem pro uxoribus, & ad ultimum tamen gaudebit, & congregabit filios propinquorum suorum, & apparebit dolor in testiculis eius, ut non possit concubere cū muliere

muliere, & uidebit abundantiam mediocrem, & paupertatem quo usq; transierint anni planetæ huius, & postea gaudebit cum propinquis & filijs suis, & erit in primo loco. Et si aspexerint fortunæ, accipiet uxorem cum multa substantia.

Si fuerit Saturnus in termino Mercurij, uidetur quod natus inueniet litem pro mulieribus, & uidebit filiorum mortem, & transibunt dies multi, & non impregnabitur uxor eius, & postea parturiet filiam, quæ uiuet quo usq; dabit ei maritum, & uidebit eius nuptias, & generabit filios & filias. Et apparet magnus in conspectu hominum, & non appropinquabunt eum, & ab eis quidam habebunt magnum nomen, & pro operibus manuum eius honorabunt eum homines, & habebunt eum bonum. Et inueniet litem à principibus uel maioribus, & efficietur egenus, ne habeat aliquid, & in prædam capietur, Sed si aspexerint fortunæ, liberabitur.

C A P V T X X I . D E S I G N I F I C A T I O N E Iouis in suis uel aliorum terminis,

IUpiter si fuerit in terminis suis, natus erit super magna seruitia, & uidebit filios filiorum suorum. Et quandocumq; intrauerit lupiter in terminū suum inueniet substantiam, & confidunt ei maiores, & supra manum eius non est alia manus in ipso seruitio, & inueniet substantiam à negotiatione, & custodiet domum patris sui, consolabitur & adiuuabit eam.

Si fuerit in termino Saturni, inueniet dolorē capitis, & capletur ab hostibus, & pecunia ab his redimetur, & inueniet diuersa, & utilitatē à negotiatione, & inimici eius non habebunt vires, & sciet uel inueniet addere secretis mulierum, & gaudebit in uxore & filijs, & quandocumq; intrauerit lupiter in terminis Saturni, uult uidere substantias suas diligenter. Et si aspexerint eū fortunæ liberabitur à supra dictis, & si fuerit fortuna illa in domo sua, erūt illius seruitia aperta, & inueniet ueritatē à maioribus. Utilitas uel opus ministrorū eius nō erit æquale usq; ad septem annos.

K ii Si

Si fuerit Iupiter in termino Martis, inueniet malitiam multam, & ab hostibus capietur, ac mala morte morietur, & ad aliquid cum ferro operandum colligetur, & filius eius morietur, & ipse morietur antequam filius eius nascatur. Et si asperixerint eum fortunæ, minuentur mala, & generabit filium in senectute, & uidebit mortem eius.

Si fuerit Iupiter in terminis Veneris, erit formosus, gravis & honestus, & accipiet honestam uxorem, & erit super seruitia maiorum, & maior eius utilitas & fortuna à negociazione erit. Et erit præcipiens seruis & ancillis, qui honorebunt eum ut dominum, & homines de eo bene dicent, & post eum, & custodiendo supellectiles in magnis diuitijs erit, uel super magna seruitia erit custodiendo supellectiles, & semper erit lætus, & circa finem uitæ religiosus.

Si fuerit in terminis Mercurij, scire desiderabit libros diversarum religionum & credulitatum, & diligent eum homines, & magnifacent, & inueniet fortunam ex prouento mulierum, uel ex aliquo casu aut exercitio eius utilitatem habebit. Et non erit pauper, eritque super seruitia credulitatis, eritque super seruitia credulitatis, eritque super seruitia principiū sicut princeps, & erit super castra, & habebit villas magnas, & erit iustus, honestus & religiosus, & operum eius finis semper erit utilis. Et si fuerit in domo sua, supradicta omnia augmentabit.

C A P V T X X I I . D E S I G N I F I C A T I O N E
Martis in suis & aliorum terminis.

Mars si fuerit in termino suo, erit socius militum prouuentu annorum, & fiet quasi magnus, & homines habebunt gratiam in eum, & bona de eo dicent, & eius uita transibit per medium discordie & litis, & rex super eum irascetur, sed liberabitur ab eo, & inueniet dolorem ex festinatione

tione, & ab induitis armis, & quia stat in medio prælio. Et si eum aspexerit fortuna, inueniet principatum, & reges de eo, & post eum erunt, uel ipsi bona uerba dicent, & erit super magna seruitia, & super magnas res, & habebit multos inimicos, & finis operum eius & uitæ erit bonus & laudabilis, & faciet maliciam uxori suæ.

Si fuerit in termino Saturni, mortem filiorum & propinas quorum suorum uidebit, & uenena uel toxicum ei propinas bitur. Et si aspexerit eum fortuna liberabitur, sed substantiam patris sui destruet, & inueniet in canitie sua litem, & ibit in loca de quibus malitia ei consurget. Et quandocunq; ingreditur Mars in terminū Saturni, inueniet litem, quo usq; transierint uires eius anni. Et tunc ueniet multa substantia ad manus eius, & generabit filios & gaudet, & propterea tribulabitur, & ex ipsis plures subita morte morientur.

Si fuerit in termino Iouis, multa substantia ueniet ad manus eius, & inueniet dolorem & tribulationem, & infirmitatem, & efficietur stultus uel amens. Et si habuerit uxorem non imprægnabitur, & multas peregrinationes faciet, & omnem substantiam suam destruet, & inueniet litem & dolorē, blasphemiarum euentu, in quibus non peccauit, & intrabit in scandalum & rixas, & si aspexerit fortunæ inueniet exaltationem, si mali humiliationem.

Si fuerit in termino Veneris, malam uitam habebit ab euentu mulierum, & accipiet uxorem ex euentu peccati, & capient eum in concubitu peccati uel fornicationis, & accipiet fornicarias, & habebit eas, & transibunt multi dies, & opera eius non erunt bona, & nihil boni faciet cum sua uxore, & cum suis filijs, quoniam filij eius quos generabit parvuli morientur, deinde à mala uia in qua erat, conuertetur, & expendet multam pecuniam in mulieribus, & in fide sua nō permanet, & efficietur insanus ex euentu mulierum, & capietur, & dabitur in prædam. Et multas peregrinationes fa-

K iñ ciet

ciet, & accipiet uxorem sibi inæqualem & dissimilem. Et si fuerit Mars in domo Veneris, quicquid ei acciderit ex bono uel malo, erit mixtum. Quandocunq; uero intrauerit Mars in terminos Veneris, uult proficere, uel uidere sua ipsius.

Si fuerit in termino Mercurij, commissarius erit, uel simile officium habebit, ac multa diuersa, & de eo nullus bene loquetur, & de omni quod fecerit inimici eius eum accusabunt, & multa bona habebit ex officio quod exercet, & in officio suo non est ipse solus, & semper irascitur cū uxore sua & filijs, & homines in loco illius aliū quærerent, & ab eo auertentur. Et si aspexerit Martem fortuna, liberabitur ab omnibus istis malis.

C A P V T X X I I . D E S I G N I F I C A T I O N E Solis, in suis & aliorum terminis,

Si fuerit Sol in termino Saturni, multum uiuet, & erit forstunatus. Et si fratres habuerit similiter erunt, & erit quasi princeps in domibus regum uel iudex, & eius seruitia omnia erunt aperta, & gaudebit super filijs suis.

Si fuerit Sol in termino Iouis, erit quasi princeps, & auro atq; argento uestietur, & timebit Deum, & adorabit multis, aut erit magnus negociator, & finis seruitiorum eius bonus.

Si fuerit in terminis Martis, erit ardenti animo, & cito irascetur, & erit fortunatus, & faciet iter per mare, & à collis sione ferri inueniet discordiam & malam infirmitatem. Et si aspexerit Solem aliquod infortunium, portarius erit hospitij in quo oratur, aut erit quasi cōmercarius uelox. Et si aspexerit fortuna liberabitur ab eis.

Si fuerit in terminis Veneris, semper erit latus, & diligit mulieres, & in seruitijs multis erit, & quærer uel accipiet uxorem ex propinquis, & erit in loco maiorum fidei, & semper erit in eo loco, & appropinquabit eō, & operabitur bona opera, è quibus inueniet mercedem peregrinantium pro Deo,

Deo, & adsciscet aliquid de scientijs, & ubicunq; ambulat ea
rit, opera eius bona erunt, & substantia eius abundabit.

Si fuerit in terminis Mercurij, uita eius erit ex scriptura,
& erit quasi Medicus, & erit fortunatus, ac recta loquens,
uel iuridicus, & erit iuxta reges.

C A P V T X X I I I : D E S I G N I F I C A T I O N E
• Veneris in suis uel aliorum terminis.

Si Venus fuerit in termino suo, gaudebit ex mulieribus,
& filijs, erit quasi consiliarius, & erit quasi dominus super
seruos & ancillas, & erit cor eius bonum erga eas, & erit in
loco religiosorum uel sacerdotum, & erit quasi Episcopus
super sacerdotes, & magnificet ubicunq; fuerit, & parentibus
eius bene erit, & habebit bonos filios, qui erunt fortes, & quā-
docunq; intrauerit Venus in terminum suum, erunt eius ser-
uitia bona, & Laici eum magnificiunt.

Si fuerit in terminis Saturni, inueniet dolorem capitis ab
euentu mulierū, & queret uel accipiet mulierem loquacem,
iracundam, superbam & contumacem, & stabit multos dies
sine uxore, & postea accipiet senem mulierem aut inferiorem
ipso, ac uilem, & uidebit parum senectutis, & quandocumq;
intrauerit Venus in termino Saturni mundabitur, & non fa-
ciet turpia uel mala. Et si aspexerit eum fortuna & malus,
quicquid eum inueniet ex bono & malo erit mixtum.

Si fuerit in termino Iouis erit sapiens, & gaudebit in omni
opere quod faciet, & erit supra hæreditatem & uariam posse-
ssionem, & erit audacis ac firmi cordis, clarus ac nominatus,
& erit præceptor religiosorum locorum, cognitus principi-
bus & regibus, eritq; uxor eius bona & sapiens, & finis ope-
rum eius bonus & laudabilis.

Si fuerit in terminis Martis, habebit dolorem in acceptio-
ne mulierū, & erit fornicator, & in fornicatione erit doctus.

Et

Et inueniet dolorem ex euentu ancillæ uel Sclauæ, & litem
a mulieribus, & ex euentu liberorum suorum inueniet dolo-
rem capitis, quia erunt rustici. Habebit autem litem a ferro, &
dolorem, quandoque loquetur multa mendacia, & maior eius
fortuna ex latrocinitio erit, & euentus mulieris erit eius mors.
Et quandocunque intrauerit Venus in terminum Martis, uult
mundari quasi a malis. Et si fuerit Venus in hospitio suo,
quicquid eum inueniet ex bono uel ex malo erit mixtum.

Si fuerit in termino Mercurij, uidebit gaudium ab uxore
& prole, & accipiet uxorem a qua uidebit multa bona, gau-
debitque ab euentu operum ioculatorum, & inueniet substanciam
& prefecturam a regibus, & erit super seruos & ancillas,
& habebit prefecturam super turbam, & erit bonus scri-
ptor, & in omnibus sciet aliquid bene, & honor eius altus
erit, & quasi praceptor & iudex in castro suo, & opera eius
erunt aperta, & audient eum in omni quod praecipiet, & si
qui aliquid mali in ipsum fecerint, damnum & malum inue-
nient. Et si fuerit Venus in signo communi, inueniet di-
gnitatem magnam, & uita eius transibit per gaudia multis
diebus. Et si aspicerit eum infortunium, supra dicta minuet.

C A P V T X X V . D E S I G N I F I C A T I O N E
Mercurij, in proprio uel aliorum
terminis.

Si fuerit Mercurius in termino suo, erit altus, & habebit
prefecturam in loco ubi scribunt scriptiones, & semper
in peregrinatione uersabitur, nunquam erit pauper, habe-
bit magnum nomen, & erit curialis, & queret scientias, &
erit leuis & non grauis, & docebit homines leuitatem, & erit
scriptor principum uel regum, & congregabit substantiam
ex substantia, & turba gaudebit in eo, quia benefaciet ei, &
semper erit in bono pro scientia sua, & uidebit bona som-
nia,

nia, fiet autem dolorosus ex euentu mulierum, & postea gaudebit.

Si fuerit in termino Saturni, erit latus pro uirtute sua, & euueniet inter ipsum & fratres eius inimicitia, & uidebit mortem fratrum suorum, & transibunt multi dies, & impregnabitur uxore eius, & minoris fortunæ erit pro mulieribus, & stabit multos dies in peregrinatione, & fiet diues, & postea inueniet damnum, & propinquus cum eo scandalum habebit, & ibunt in quærimoniâ ad principem, sed manus eius erit fortior manibus eorum, & erit infirmus ab occultis, & transibit annos in gaudio & bonitate. Et quâdocunq; intrauerit Mercurius in terminum Saturni uult mundificari.

Si fuerit Mercurius in termino Iouis, sciens & cōsiliarius erit, & mercator, ac erit exaltatus, & habebit magnum nomen, & erit in medio Laycorum vel Idiotarum sicut dominus, & erit super multas res, & super seruitia principum & presbyterorū, & uita longa transibit ei in læticia quouscq; uixerit pater eius, & homines uolent seruire proli eius, & filij eius erunt Mercuriales & filiae, & inimici eius debiles erunt ante eum.

Si fuerit in termino Martis, habebit multam cupiditatem ex qua semper nascitur ei dolor & discordia, & opera eius non sunt bona, & inueniet damnum & dolorem capitis ex euentu mulierum, & euanesget cerebrum eius, & propterea concubet cum sua prole. Et cum Mercurius fuerit in sua domo, supradicta minora erunt, & uult semper mundificari, quandocunq; intrauerit Mercurius in terminos Martis.

Si fuerit in termino Veneris, erit dominus præsbyterorū, & erit latus pro filijs, & uxore sua, eritq; diues & consiliator consimilium suorum, & semper erit latus in operibus suis, habens imperium super seruos, Sclauos, & aduenas, & si fuerit ex præsbyterorum fide, erit sciens in omni opere, & erit super seruitia principum, & supra domos religiosas. Et mors

L in

in domo eius erit, & ex timore animæ suæ fugiet. Et si fuerit Mercurius in hospitio suo, transibunt dies eius in exaltatione & bonitate. Et si fuerit Mercurius in casu suo, opera eius erunt mediocria, & sciet artes, & si aspexerint infortunia, est ex illis qui nesciunt artes.

C A P V T X X V I . D E S I G N I F I C A T I O N E
Lunæ in suo, aut aliorum termino.

Si fuerit Luna in termino Saturni, inueniet litem ex mulieribus & prole sua, & non accipiet uxorem nisi prius transiuerint anni Saturni, & quicquid uenerit ad manus eius destruet, quo usq; Saturnus zodiacum percurrerit, & postea perueniet ad manus eius multa substantia, & gaudebit ab uxore & filijs, & transibit uita eius sicut conuenit.

Si fuerit in termino Iouis, fortuna eius maior à mercatione & peregrinatione erit, & inteniet litem, & habebunt filij eius honorem in diebus eius, & sicut crescunt anni eius, sic crescit eius substantia, & transibit uita eius multos dies in senectute, & semper erit uita eius bona.

Si fuerit in termino Martis, erit iracundus, & ardens in ira, & opera eius erunt ab igne & ferro, & inueniet discordiam & damnum ab armis aut à quadrupedibus, aut à feris animalibus. Et si aspexerit fortuna, liberabitur ab omnibus supradictis.

Si fuerit in termino Veneris, erit bonus, & habebit exaltationem, & ex euentu fornicationis accipiet uxorem, & importune aget in domo sua, & ueniet in medio eorum separatio, & transibit super hoc, & facit filios à duabus uxoribus, & accipiet uxorem sibi dissimilem, & inueniet multam substantiam sine lite, ac habebit honorem à principibus.

Si fuerit in termino Mercurij, erit bonus scriptor, & habebit multas cogitationes & voluntates in corde suo, & ex isto

Messahallah, *De cogitatione*

Author: Māshā'allāh (Baghdad, fl. ca. 762-815).

Original title: Arabic original lost, but it is perhaps related to the *Kitāb al-ma'rūf bi'l-sābi' wa'l-'ishrīn* ('The Book Known as the Twenty-Seventh') according to Pingree.

Translation: translator unknown. The Latin version, which already existed in the twelfth century, circulated under various titles, including *De interpretatione cogitationis*, *De intentione*, and *De cogitationibus ab intentione*.

Significance: extant in at least 26 manuscripts and two printed editions of 1493 and 1549.

Contents: this short work in three paragraphs provides a general introduction to the interpretation of interrogations, i.e. horoscopes drawn for the time a question is asked to the astrologer.

Reproduction: ed. Joachimus Hellerus, Nürnberg, Johannes Montanus & Ulricus Neuberus, 1549 [Warburg FAH 765], sig. L_{II}r-[L_{III}V].

Title: *De cogitationibus secundum Messahalam*.

Inc.: 'De cogitationibus ab intentione refertur, et praecipit Messahala ut constituas ascendens per gradum suum...'.

Expl.: '... quomodo misceas significationes planetarum.' The following paragraph (sig. [L_{III}V]: 'De interpraetationibus secundum Messahalam. Scito quod astrologus potest errare... quia si feceris, raro rationem invenies') corresponds to the beginning of another work on interrogations by Messahallah, the *Liber interpretationum*.

Bibliography: F.J. Carmody, *Arabic Astronomical and Astrological Sciences in Latin Translation. A Critical Bibliography*, Berkeley-Los Angeles, 1956, pp. 28-29 (nr. 5); L. Thorndike, 'The Latin Translation of Astrological Works by Messahala', *Osiris*, 12, 1956, pp. 53-54; D. Pingree, 'Māshā'allāh', in *Dictionary of Scientific Biography*, IX, New York, 1974, pp. 159-162 (p. 161, nr. 9a).

Notice by David Juste

isto euentu inueniet utilitatem, & erit curialis, & super præcepta principiū, & scriptores eum habebūt magnū ac charum, & in seruitijs vulgi erit, & habebit bonum sensum ac consilium, & finis operum eius bonus erit, si Deus uoluerit.

Finis libri Messahalæ de significatione
planetarum in nativitatibus.

• DE COGITATIONIBVS
secundum Messahalam.

DE cogitationibus ab intentione refertur, & præcipit Messahala, ut constituas ascendens per gradum suum atq; minuta, & duodecim domos certissimas. Tribus modis autem fiunt interrogations. Primo, ut scias causam de qua interrogat. Secundo quæ causa illū impulerit. Tertio, ut scias utrum res perficiatur an non, & quem finē habitura sit. Cum ergo uolueris hoc scire, scito primum significatorē secundū quod narrabo tibi, cuius scientia est, ut aspicias ascendens & dominum eius, ac Lunam ac dominum domus eius, Solem quoq; & dominum domus eius, & dominum horæ, ac partem fortunæ. Et operare per eum qui habuerit plures authoritates, & in meliori loco fuerit. Quod si non inuenieris id quod dixi tibi, aspice dominum ascendentis, uel dominum exaltationis eius, & dominum termini ac triplicitatis eius, & faciei. Et scito quis ex istis sit fortior in ascendentे, per multitudinem suarum dignitatum, & aspiciat, atq; hunc constituas significatorem si fuerit in bono loco. Cæterum bonitas loci est, ut sit in aliqua dignitatum suarum, aut in bono loco à Sole, uel in angulis liber à malis. Operare ergo per eum qui fuerit fortior, & habuerit plures dignitates, & fuerit in meliori loco. Et scito quod dominus ascendentis, cum fuerit in ascendentе, ipse erit dignior

Lij plus

plus" cæteris . Quòd si non fuerit in ascendentे, & fuerit in ea dominus exaltationis ascendentis , ipse solus erit significator & dignior, & sic quem per multitudinem dignitatum uideris fortiorem in circulo, etiam si non fuerit in ascendentе, uel in cæteris angulis, & fuerit fortior cæteris in signo . Et scito quid in singulis signis habeat dominus ascendentis, in duabus horis efficaciæ, super res interrogantis multa . Quòd si dominus ascendentis esset significator omnium, essent omnia interrogantis sub eodem signo uel bona uel mala, secundum significationem domini ascendentis, sed non est ita . Similiter & Luna iungitur alicui Planetæ per totam diem, uel per maximam partē unius diei, & tamen significationes rerū in eadem fiunt diversæ, quiaquædam eorum efficiunt, quædam non . Quapropter necesse est nobis semper significatorem quærere, scito igitur quis sit significator, & dicam tibi, qui eligatur cū domino ascendentis scilicet ac Luna, & domino domus eius in nocte . Et à Sole quoq; in die & domino domus eius, & à planeta qui fuerit in angulis, & maxime in ascendentе uel medio cœli, qui fortior fuerit in signa . Et scito quòd ueraior intentio est, quam habuit interrogator in corde per unā diem & noctem uel plus . Cum ergo inuenieris significatorem, & uolueris scire causam interrogationis, hoc est, unde orta sit interrogatio, aspice à quo planeta separatur significator intentionis . Et scito quòd causa interrogationis fuerit secundum naturam planetæ, à quo significator separatus est . Et si uolueris scire finem intentionis, scito cui significator iungatur, & scito quòd finis intentionis erit secundum significationem planetæ cui iungitur . Et nunc constituam tibi exemplum, per quod uniuersas interrogations & rerum significaciones poteris percipere, si Deus uoluerit.

Oblata fuit nobis interrogatio, cuius ascendens fuit decimus gradus Tauri, & Venus domina eius in Cancro, in decimo

45

decimo quinto gradu in domo Lunæ, & Luna similiter in Libra in domo Veneris, in decimo gradu, eratq; Luna peregrina, quia non erat in domo sua, neq; in exaltatione, neq; in triplicitate, sed iungebatur Veneri ex quadrato aspectu, & erat recepta. Dominus quoq; partis fortuæ erat Saturnus, qui erat in Leone peregrinus, nō receptus. Aspexi itaq; omnes planetas, sed non inueni in eis fortiorem Venere, quia ipsa erat domina ascendentis, & erat in triplicitate sua. Aspexi itaq; dominum domus in qua erat, eratq; in domo Lunæ. Incepī postea quærere significatorem domus Veneris, quia Venus erat domina ascendentis, quem inueni in Libra, in quinta domo ab ascendenre, & in quarto loco à significatore, quæ erat Venus, & quia Luna significat matres, noui per hoc quòd uult interrogare de infirmitate matris, & uoluerit scire esse illius. Aspexi igitur à quo separetur Luna quæ se parabatur à Saturno. Noui igitur quòd pateretur infirmitatem frigidam & sicciam, uoluiq; scire in quo membro esset infirmitas, & aspexi Saturnum ex signo in quo erat, eratq; Saturnus in prima facie leonis, & Leo habet ex membris corporis stomachum, dixiq; quòd pateretur in stomacho. Cum autem uellem scire quem finem habiturus esset morbus, aspexi cui iungebatur Luna, quæ significabat intentionem, & iungebatur Veneri, dixiq; quòd liberaretur propter Venerem, quæ est fortuna, & recipiebat eam. Et cum uoluerim scire tempus liberationis eius, aspexi gradus coniunctionis qui erant inter Venerem & Lunam, & dixi quòd liberaretur post tot dies, quot erant gradus, & ideo posui dies quinq;, quia Luna erat in signo mobili, si primo esset in communi, poneres menses, si esset in fixo poneres annos. Et si Luna iungeretur Saturno uel Marti, dicerem quòd moreretur post tantum temporis. Et sic aspice in intentione, in occulto, & in uniuersis rebus de quibus interrogaris, hoc enim modo cognosces, quem finem habebit. Et similiter constitue de

L iiij temp

tempore effectus omnium rerum, secundum hoc exemplar,
& commisce significationem planetarum cum significatione
signorum, & patebit tibi res omnis intentionis atq[ue] interrogati-
onis, secundum quod exposui tibi, si Deus uoluerit.

Et scito, quod si esset Venus in loco Lunæ, dicerem quod
quærerit de muliere. Si autem tunc esset Venus in septimo, di-
cerem quod quærerit de coniugio, & si esset in quinto, de filijs,
in undecimo de amicis. Et si esset Sol in loco Lunæ, dicerem
quod interrogat de patre, & si esset in decima, de rege. Et si
esset in ascendentे, de aliquo principatu, In nona de fide, In
tertia de peregrinatione. Et si esset Mars in loco Lunæ, de
fugitiuo uel de latrone quæreret. Et si esset in ascendentе, si-
gnificaret timorem, In secunda Iatrocinium & ablationem.
Et in tertia fratrem, In quinta aduersarium uel prægnantem.
Et si esset Mercurius in loco Veneris, quæreret de epistola
uel de Sapientia. Et si Iupiter esset in nona, diceretur quod
quæreret de somnio. Verum iam antea exposui tibi, quomo-
do misceas significationes planetarum.

D E I N T E R P R A E T A T I O N I B V S S E-
cundum Messahalam,

Scito quod Astrologus potest errare quatuor modis, pri-
mo cū fuerit Astrolabium falsum, uel si acceperit umbrā
in loco inæquali, uel in ligno tortuoso. Secundo, cum interro-
gator nescierit interrogare, Tertio cum interrogauerit, nec
erit certum utrum recesserit iam Sol de medio cœli, uel non.
Quarto cum æquales fuerint in fortitudine boni ac mali in
probatione, tunc poterit errare ac decipi in fortitudine for-
tunarum ac malorum. In omni autem interrogatione quælibet
era fuerit ab huiusmodi difficultatibus, si bene noueris signi-
ficatorem, poteris uerū iudicare, & nō errabis. Nec opereris
per æstimationem, id est noli iudicare per arbitrium tuum,
absq[ue] ratione, quia si feceris, raro rationem inuenies.

Liber

Messahallah, *Liber receptionis*

Author: Māshā'allāh (Baghdad, fl. ca. 762-815).

Original title: Arabic original unknown.

Translation: translated by John of Seville in the first half of the twelfth century, this work circulated under various titles, including *Liber coniunctionis et receptionis*, *Liber receptionis et coniunctionis*, *Liber receptionum*, *De receptione/receptionibus planetarum*, and *De interrogationibus*.

Significance: one of the most influential treatise on interrogations, i.e. horoscopes drawn for the time a question is asked to the astrologer. It is extant in at least 35 manuscripts and four printed editions from 1484 to 1549.

Contents: the work is divided into 12 chapters providing detailed analysis, with examples taken from actual horoscopes, of standard questions concerning the querant's life, health, possessions, business, etc.

Reproduction: ed. Joachimus Hellerus, Nürnberg, Johannes Montanus & Ulricus Neuberus, 1549 [Warburg FAH 765], sig. [Livr]-[R_{III}V].

Title: *Liber Messahala de receptione*.

Inc.: 'Invenit quidam vir ex sapientibus librum ex libris secretorum astrorum...'.

Expl.: '... ideoque iungebatur ad hoc levi nutu Dei. Finis libri Messahala de receptione.'

Bibliography: F.J. Carmody, *Arabic Astronomical and Astrological Sciences in Latin Translation. A Critical Bibliography*, Berkeley-Los Angeles, 1956, pp. 26-27 (nr. 3); L. Thorndike, 'The Latin Translation of Astrological Works by Messahala', *Osiris*, 12, 1956, pp. 50-53 ; D. Pingree, 'Māshā'allāh', in *Dictionary of Scientific Biography*, IX, New York, 1974, pp. 159-162 (p. 162, nr. 24); F. Sezgin, *Geschichte des arabischen Schrifttums*, VII, Leiden, 1979, p. 107 (nr. 19).

Notice by David Juste

LIBER MESSA

HALÆ DE RECEPTIONE,

cuius hæc sunt Capita.

CApum primum quid sit receptio.

Caput secundum, de re quæ speratur utrum fiat an non.

Caput tertium, utrum liberetur an moriatur infirmus.

Caput quartum, interrogatio de infimo.

Caput quintum, de substantia.

Caput sextum, de substantia accommodata,

Caput septimum, de rebus cuiusdam mortui derelictis.

Caput octauum, de regno utrum acquiratur.

Caput nonum, quæstio de regno.

Caput decimum, interrogatio de regno.

Caput undecimum, de inueniendo Hylech nati.

Caput duodecimum, quæstio de regno.

INCIPIT LIBER MESSA HALÆ de Receptione.

INuenit quidam uir ex sapientibus librū ex libris secreto
rum Astrorum, de illis, quos thesaurizauerant reges, ex-
posuitq; eū, & patefecit eius intentionē in omnibus quibus
indigerēt homines in rebus suis, de interrogationibus, fuitq;
ex eo quod posuit & patefecit in rebus interrogationum,
utram sit res an non, & quando erit si fieri debet, & quando
apparebit quod non sit, si fieri non debet, & quid prohibeat
eam, quod non sit, & per quem, & unde sit, si fieri debet. Et
scientia huius rei, & expositio eiusdem est in planetis septem,
& in domibus eorū duodecim, & in exaltationibus septem,
& in eorum descensionibus, Item coniunctionibus eorū &
separationibus, & in receptionibus ad iniicem, ac in reditu
receptio-

receptionis, & pulsatione dispositionis eorum adiuicem.
Eritq; ad quem peruererit dispositio significator iussu Dei,
qui si fuerit in esse effectus rei, significabit eius effectum. Et
si fuerit in esse prohibitionis, significabit eius prohibitionem
iussu Dei.

C A P V T P R I M V M , Q V I D S I T
receptio.

SCITO QUOD receptio fit de exaltationibus & domibus in causa rerum, utrum sint an non, hoc est, ut sit aliquis planeta ex septem in exaltatione alterius planetæ, aut in domo eius, & ipse iungatur ei de septem notis aspectibus, aut sint uterq; in uno signo, & aliquis eorum sit in exaltatione socii sui, iunctus ei. Tunc igitur iungetur ei per corpus suum, cuius ius rei exemplum est, ut sit Saturnus in Ariete, in uicesimo gradu, & Mars in decimoquinto eiusdem. Tunc Mars iungitur Saturno per corpus suum, & Mars recipit Saturnum in domo sua, sed Saturnus non recipit Martem. Hoc fit cum non fuerit in aspectibus notis aliquis planeta, qui sit propior coniunctioni Saturni, gradu scilicet per gradum ante Martem. Quod si fuerit in aspectibus notis, aut in Ariete, planeta qui sit propior coniunctioni Saturni, ipse erit dignior coniunctione Saturni quam Mars, nam coniunctio uera est gradu per gradum, tam de coniunctione quam de aspectu. Est & aliud receptionis exemplum, cum fuerit Saturnus in Arietis uigesimo gradu, & Mars in decimo Capricorni gradu, & nullus planetarum sit propior Marte coniunctioni Saturni, gradu scilicet per gradum. Cuncq; iunctus fuerit Mars Saturno gradu per gradum, tunc recipiūt sese mutuo in domibus suis, recipit enim Mars Saturnū, eo quod sit in domo sua, & Saturnus recipit Martem, quia est in domo sua. Similiter exaltationes sunt sicut domus, sed exaltationes sunt maioris authoritatis

thoritatis in regnō scilicet, si de rege agitur, fortior est dominus exaltationis quām dominus domus. Cum igitur fuerit Sol in Ariete in decimo gradu, & Mars in Capricorno in decimo gradu, tunc Sol iungitur Marti, & Mars recipit Solem quia est in domo ipsius, sed Sol nō recipit Martem, quia non est in illius domo. Similiter cæteri planetarum septem, quisquis eorum iunctus fuerit socio suo de domo uel exaltatione sua in aspectibus notis, aut in uno signorum, proieceritq; seu commiserit eiusam dispositionem, si recipit eam ille cui committitur, perficiet rem suam iussu Dei. Et Sol in hoc aspectu non recipit Martem, quia non est in domo, neq; in exaltatione ipsius, & ipse Mars recipit Solem quia est in domo sua. Et si fuerit Sol in Libra in primo gradu, & Saturnus in Ariete in trigesimo gradu, & nullus planeta fuerit in Ariete, neq; in uniuersis aspectibus propior Sole coniunctioni Saturni, neq; exierit Saturnus de Ariete, donec Sol ei iungatur gradu per gradum, recipit Sol Saturnum, & Saturnus Solem, unusquisq; recipit suum socium, in hoc loco per exaltationes. Et si fuerit in quarto aspectu aut oppositione, significat laborem & errorem, & sollicitudinem, & contrarietatem, ac in trino atq; sextili aspectu, & in coniunctione lenitatem ac pietatem atq; sublimitatem. Cumq; iunctus fuerit Sol Saturno, & is receperit Solem, ipse etiam uicissim a Sole receptus ex dormibus aut exaltationibus suis, pacificabunt & perficiant causam iussu Dei. Similiter universi planetæ fortunæ cum fortunis, augent bonum, & mali cum malis fiunt boni propter recessionem, hoc est, faciunt bonum, & recedit eorum malum, & impedimentum, & fortunæ cum malis pacificantur, & recedit eorum malum, & perficitur res, nisi fuerint in quarto aspectu, uel oppositione, quia est in hoc quidam labor & error. Si uero fuerit Sol in Ariete, & Saturnus in Libra sicut prædixi tibi de coniunctione, erunt inimicitiae & contrarietates, ignorantiae & de-

negationes, quia non recipit unus eorum socium suum, & uniuersi planetæ faciunt similiter. Nam coniunctio fit ex aspectibus notis, ab oppositione scilicet, trino quarto & sextili aspectu, & à coniunctione, & hoc fit in dominibus notis, & quicquid fuerit infra duo signa separatur à cōiunctione. Hoc fit cum intrauerit planeta secundum signum, antequam iungatur ei planeta, qui uadit ad eum, nec iungitur ei. Et scito quòd coniunctio fit hoc modo, quisquis fuerit ex septem planetis, leuis iungitur ponderoso, & ponderosus non iungitur leui, quia leuis insequitur ponderosum, & ponderosus non insequitur leuem. Nam & coniunctio fit à gradu per gradum cum coniungitur, leuis scilicet ponderoso, à gradu per gradū tunc iungitur, committitq; ei dispositionē suam, post hoc separatur ab eo, & non desinit aspicere eum, ex quo iungitur ei, donec separetur ab eo. Coniunctio uero est aspectus, quia quām diu iuerit planeta ad aliū planetam, lumine suo & natura sua aspiciet eum donec projiciat super eum lumen suum, à gradu per gradum, tunc erit coniunctio uera, & committet alteri rem suam. Post hoc separatur ab eo, & est finis aspectus illius eodem modo. Indicabitq; planeta cum iuerit ad coniunctionem alterius id quod nondum est. Et qui separatur ab ea, indicabit quòd transferit & iam factum est, Indicabit scilicet stella à stella à qua separatur, quod præteritum est, sed à stella cui iungitur indicabitur quod futurum est.

C A P V T II. D E R E, Q V A E S P E R A T V R
utrum fiat an non.

CVm ergo interrogatus fueris de aliqua re utrū perficiatur an nō, uel de aliquo rumore utrum sit an nō, accipies umbram statim eadem hora, quando egreditur uerbum de ore quærentis rem, & sit uir qui quærit rem interrogans per semetipsum, uel scribat tibi literis propriæ manus, quòd si ignorauerit scribere, mittat tibi talcm qui sollicitus sit de re sua

43

sua, & non quærat cum ea aliā rem præter eam, donec istam percipias, & non sit hoc, nisi in re, de qua sit magna sollicitudo, aut in re ualde necessaria. Cæterum non congruit sapiensi aspicere sibi met, sed oportet eum interrogare aliū. Cumq; patuerit tibi signum ascendens & gradus eius, & signū medjū cœli & gradus eius, & notaueris septem planetas dispositores iussu Dei in gradib; suis, & in domibus in quibus sunt, & in minutis suis cum numero certissimo ac puro, à quo nihil cadat exiguum nec plurimum, Aspice tunc dominum ascendentis & Lunam, & quem eorum inueneris fortiorem per eum operare, & participetur ei alter, hoc est, incipies aspicere dominum ascendentis, qui si aspicerit signum ascendēs erit hoc ex fortitudine testimonij eius, operare igitur per eū, & participetur ei Luna quocunq; loco fuerit. Et si dominus ascendentis non aspicerit ascendens, aspicias utrū iungatur planetæ, qui de loco suo aspiciat signum ascendens, & reddat lumen suū ad ipsum ascendens, aut iungatur planetæ cadentiab ascidente, & ipse planeta cadens iungatur alij aspiciendi signum ascendēs, qui eleuet eum, & reddat lumen eius ad signum ascendens. Sic si dominus ascendentis iungitur planetæ aspicienti signum ascendens, aut ipse planeta iungitur alteri, qui reddit lumen suum ad signum ascendens, eleuabit eum. Et iū fuerit coniunctio à planeta in septem planetas, erit opus in eis ratione, ubi scilicet unus reddit & leuat lumen ilius ad alterum, donec perueniat ad ultimum eorum. Sed ut dixi, si dominus ascendentis pulsat lumen suum ad signum ascendens operare simpliciter per eum, & participetur ei Luna. Et si dominus signi ascendentis non aspicerit ascensdens, nec iunctus fuerit planetæ aspicienti ascensdens, & reddit lumen eius ad ipsum, & pulsanti, quia pulsus est asperitus eius ad ascensdens. Ibi tum casus eius est quando nec aspicit ascensdens, nec reddit lumen planetæ aspicienti. Quod si dominus ascendentis non aspicerit ascensdens, uel per se

M ī uel per

uel per alium cui reddit lumen, erit tunc impeditus, & malus.
Quare operare tunc per Lunam quemadmodum operatus
es per dominum ascendentis, quæ si aspexerit ascendens, aut
reddiderit lumen eius aliquis planetarum ad ascendens,
operare per eam, & participetur ei dominus ascendentis.
Et scito quod secundum quantitatem impedimenti quod in-
gressum est super eum, idest, super dominum ascendentis,
intrabit tantudem impedimenti super rem, de qua queris
tur. Operare ergo per Lunam, si aspexerit signum ascendens,
& participetur ei dominus ascendentis, ea conditione scilicet,
si dominus ascendentis non aspexerit ascendens, nec iunctus
fuerit alicui planetæ, qui reddat lumen suum ad ascendens.
Postea uide, cui planetarum septem iungatur Luna, &
operare per eam, adiuncto etiam domino ascendentis. Etsi
Luna non aspexerit ascendens, nec iuncta fuerit planetæ ali-
cui, qui reddat lumen suum ad ascendens, aut si etiam aspe-
xerit ascendens, & non fuerit iuncta ulli planetæ, quod sit
dum est cursu uacua, & similiter dominus ascendentis non
aspexerit ascendens, & fuerit eodem modo uacuus cursu,
tunc aspice quis eorum debet uelocius egredi de signo in
quo est, & quis habeat pauciores gradus ad exeendum, post
hęc mutabis Lunā ad signū secundū à loco suo, post hęc aspi-
cies cui planetarum primum iungatur, & per hęc iudica. Et
universi planetæ mutantur, sed leuior planeta dignior est mu-
tatione quam ponderosus. Hoc modo Saturnus quando fue-
rit uacuus cursu, erit deterior omnibus alijs, eò quod euacua-
tio cursus planetarum, hoc est, quando nullis iunguntur, in-
dicat malitiam rei & tarditatem eius. Et omnis planeta cum
euacuatione cursus sui indicat multitudinē tarditatis, pau-
citas quoq; graduum planetæ quos debet perambulare in si-
gno in quo fuerit, aut multitudo ipsorum post interrogatio-
nem, indicat tarditatem aut uelocitatem effectus rei. Qui
ergo uelocior egreditur ex signo in quo est, erit uelocior in
re,

re, sed leuis & ponderosus cum fuerint uacui cursu, indicant tarditatem rerum, & eorum nequitiam. Cum ergo inuenies dominum ascendentis & Lunam uacuos cursu, nemini sese iungentes, prænuncia tarditatem rei, & eius prolongationem, & quid debeat postponi secundum quod uideris. Et uide cui iungitur Luna primo, post egressionem eius à signo in quo est, secundum ipsum iudica effectum rei, & participetur ei dominus ascendentis secundum fortitudinem illius, siue debilitatem in loco in quo fuerit, participetur quoq; eis in opere planeta qui fuerit in ascidente, nec non & planeta qui fuerit in domo rei quæsitæ, qui si fuerit concors, signo in quo est, & fuerit receptus indicat bonitatem rei & eius dignitatem. Et si non fuerit eidem signo in quo est concors, nec fuerit receptus, indicat impedimentum eiusdem rei, & eius uilitatem. Effectus autem rei, & eius prohibitio non fit ex illo qui est in ascidente, sed fit ex parte domini ascendentis uel Lunæ, & ex stellis quibus iunguntur, & eorum coniunctione & receptione, ac redditu eorum receptionis. Et scito quòd Luna sit particeps domini ascendentis semper in quocunq; loco fuerit, iussu Dei. Cum ergo inuenies dominum ascendentis impeditum, operare per Lunam, sicut operari per dominum ascendentis.

C A P V T III. D E I N F I R M O V T R V M liberetur an moriatur.


Quòd si aspexeris uiro qui te interrogauerit de uita sua, utrum uidelicet moriatur in anno illo, uel non, aspicies ei sicut aspiceres infirmo. Aspice scilicet cui iungitur dominus ascendentis, quòd si dominus ascendentis iungitur planetæ fortunæ, & ipsa fortuna fuerit dispositrix dispositionis, ad quā accessit, nec reddit eam ad alterū, & nisi fuerit ipsa fortuna domina domus mortis, dic, quòd non morietur illo anno,

no, iussu Dei. Et si dominus ascendentis faerit coniunctus
malo planetæ, uel domino domus mortis, qualiscunq; fuerit
dominus domus mortis, siue malus siue bonus, Et ipse do-
minus ascendentis non fuerit receptus, nec recipit eum pla-
netæ ipse malus, uel dominus domus mortis, siue malus fue-
rit siue fortuna, Aspice tunc Lunā quæ si etiam mala fuerit,
morietur nutu Dei in illo anno, Tunc aspice quando iun-
getur dominus ascendētis illi malo planetæ, uel domino do-
mus mortis, qui eum non recipit gradu per gradum, & pone
numerū distantia illorū, loco dierum. Quòd si tunc non fue-
rit, erit quando cōmixtus ei fuerit per corpus suum, & per-
uenerit ad gradum eius, tunc morietur. Si autem dominus
ascendentis iungitur planetæ qui eum recipiat, tunc infirmus
uel interrogator euadet mortem eodem anno iussu Dei, &
conualefcet ab infirmitate sua. Et si dominus ascendentis
fuerit impeditus, operare per Lunam sicut prædixi tibi de
domino ascendentis, & iudica per eam, sicut iudicasti per do-
minum ascendentis. Quòd si eum prosperitas & sanitas ab
infirmitate comitetur, aspice quādo iungitur dominus ascen-
dentis planetæ q; significabit eius sanitatem gradu per gra-
dum, & pone distantiam ipsam coniunctionis pro diebus.
Quòd si tunc non fuerit, erit quando iungetur ei per corpus
suum in signo in quo est. Et si iungatur ei in aliquo loco uel
in uno angulorum à quo iam remotus fuerit, tunc euadet, si
Deus uoluerit. Si uero dominus ascendentis iunctus fuerit
domino domus mortis, uel econtra, dominus domus mortis
ei iunctus fuerit, morietur nutu Dei, & non consideretur Lu-
na in hoc. Et si dominus ascendentis fuerit fortis, & non im-
peditus, & Luna iuncta fuerit domino domus mortis, libe-
rabitur iussu Dei. Nam dominus ascendētis magis domina-
tur in uita & in morte quam Luna, & Luna participatur ei
in omni re nisi in hac. Et ecce constituo tibi interrogatio-
nem in hac re, Interrogationem scilicet de infimo, utrum
liberetur

49

liberetur de infirmitate sua, an moriatur iussu Dei.

Sit interrogatio, cuius ascendens fuit signum Virginis, in 15. gradu, & medium cœli in 15 π . Et Mars in Geminis in 17. gradu, & in 30. minuto. Et Luna in TAURO in 26. gradu, 25. minuto. Et Iupiter in TAURO, in 19. grad. & 15. minuto. Et Sol in 20 gradu, & 30. minut. ARIETIS. Et Saturnus in Ariete in 10. gradu & 15. minuto. Et Mercurius in Ariete, in 24. grad. & 50. minuto. Et Venus in pisca bus in 5. gradu & 37. minuto.



Aspects

Aspexi nutu dei, ascendens huius interrogationis, & dominum eius cum Luna ac cæteris Planetis, nec non & angulos, & erat dominus ascendētis Mercurius uacuus cursu, & in domo Martis significabat fortitudinem doloris, & timorem mortis, & erat Mars dominus domus mortis in medio cœli, aspiciens domum uitæ, ipse quoque significans fortitudinem doloris eius, & amissionem spei. Post hoc aspexi Lunam, quam inueni etiam uacuam cursu, sed aspiciebat dominum uitæ, à nona domo, eratque Luna fortior domino ascendentis in significatione, quia aspiciebat signum ascendens, & ipsa uelocius, & prius debebat egredi de signo in quo erat. Significauerunt ergo per euacuationem cursus eorum prolongationem infirmitatis & ponderositatum eius. Egressa est Luna è signo in quo erat, quia ipsa plures gradus perambulauerat in signo suo, quam uel quisque reliquorum planetarum, uel Mercurius ascendētis dominus. Velocius igitur & egressa est à signo suo, & fortior fuit eō quod aspiceret ascendens quam Mercurius. Iunctaque est Veneri ad primam coniunctionem suam, committens ei dispositionem suam, & erat Venus iuncta Ioui, & recipiebat eum atque recipiebatur ab eo per domus atque ex coniunctione, & erat Jupiter quando ad eum peruenit dispositio, non committens dispositionem suam alteri. Quia non iungebatur Saturno, qui est pondersior omnibus planetis, & nulli planetarum iungitur Jupiter nisi illi, significauit igitur Jupiter quando peruenit ad eum dispositio à Venere (quæ ei committebat eam, & recipiebat eum, atque recipiebatur ab eo per domus & ex coniunctione) quod infirmus ueniret ad salutem & prosperitatem, uerum infirmitas ipsa esset duratura in augmentatione, donec iungeretur Venus Ioui à gradu per gradū, Et quando separaretur Venus à Ioue per unum minutum, inciperet infirmitas minui iussu Dei, ueniretque sanitas & liberatio. Et fuit dominus interrogationis huius sicut prædiximus, & nō cessauit

cessauit dolor eius esse in augmentatione & timore mortis,
 donec iuncta est Venus Ioui à gradu per gradum. Cum ergo
 separata esset Venus à Ioue incepit sanitas & quies, & dolor
 diminutus est iussu Dei. Et si cōiunctio ueniret ad Martem,
 idest, si Venus iungeretur pro Ioue Marti, qui erat dominus
 domus mortis, & non reciperet eam, diceremus quòd more=
 retur nutu Dei, quando iungeretur Venus Marti, & proij-
 ceset radios suos super eum, & lumen suum gradu per gra-
 dum, quæ est coniunctio uera. Quia Mars est dominus do-
 mus mortis, quæ est res de qua interrogat interrogator.
 Itaque si dominus ascendentis & Luna iuncti fuerint semper
 domino rei quæsitæ ex omnibus rebus, fit res illa de qua
 interrogator agit iussu Dei. Quia mors nō est ut cæteræ res,
 sed cum fuerit mors, nō aspicitur quid futurum sit post eam,
 sicut de cæteris rebus, in quibus inquirendis, quando iungi-
 tur dominus ascendentis, & Luna domino rei, dicunt quòd
 erit res. Post hoc aspicitur planeta dominus domus rei, cui
 committit suam dispositionem post effectum eius, qui si fue-
 rit fortuna dicunt rem fœliciter successuram ac euenturam
 esse. Et si fuerit malus dicunt quòd distrahetur res postq;
 fuerit. Cum autem aspiceris in morte, & inuenieris dominū
 ascendentis & Lunam iungi domino domus mortis, mor-
 tuus erit infirmus ab infirmitate illa nutu Dei, nisi recipiat
 illum dominus domus mortis, qui est dominus rei quæsitæ.
 Et scito quia dominus domus mortis, si iungatur domino
 ascendentis, iudicabis eum similiter mortuum esse nutu Dei.
 Et scito quia Venus cui iuncta est Luna, si iungeretur Soli,
 & Sol esset dominus domus uitæ, & ipse iungeretur Ioui ab
 aspectibus notis, quod est debilius, aut per corpus suū quod
 est fortius, Si non esset inter eos receptio fortis, & non impe-
 ditus esset Sol per Iouem in hac figura, eò quòd sit dominus
 rei quæsitæ, & iuncta esset Venus Soli, & Sol Ioui iunctus.
 Et Iupiter est fortuna & Sol fortuna, iungebaturq; Luna

N

Veneri,

Veneri, & Venus iungebatur Soli, & Sol iungebatur Ioui, significauit igitur Sol causam uitæ, & est eius significatio, & detulit lumen suum ad Iouem qui est Almutes, hoc est, qui habet dominium in hac figura. Et fuit ei uita, & non destruit semetipsum, quia fortunæ etiam habent naturam uitæ, nisi sint ipsæ fortunæ dominæ domus mortis. Sed tunc destruit Sol stellas per combustionem quando non recipit eas receptione forti per domus scilicet atq; exaltationes. Et fuerint stellæ iam cadentes in combustionem per coniunctionem, aut proiecerit Sol lumen suum super stellam ab aspectibus notis absq; receptione forti, & non fuerit dominus ascendentis. Cumq; impedierit aliquem planetam, qui ei præ cæteris fuerit propior in coniunctione uel aspectu, & non fuerit in uno gradu, destruit eum & omne opus cui præserit nutu Dei, siue malus sit siue fortuna, siquidem non fuerit Sol dominus domus uitæ, nec receperit eum receptione forti. Et scito quia cum fuerit planeta in domo mortis, & fuerit malus, habueritq; dominum ascendentis sibi adjunctum, aut fuerit fortuna, & habuerit in domo mortis dignitatem, & inter ipsum & dominum ascendentis nulla fuerit receptio, significabit etiam mortem. Et coniunctio domini domus mortis cum plaueta qui est in domo uitæ similiter.

Significat quoq; diuersitatem esse infirmi huius, scilicet salutem ac sanitatem primo, ac deinde nouam egritudinem multitudi coniunctionis planetarum, & diuersitas naturæ eorum in bono & in malo, & receptio atq; nō receptio, Quia quādo iungitur dominus ascendentis aut Luna planetæ fortunæ aut malo, qui eum recipiat, non cessabit infirmus levitus habere, donec committat ei suam dispositionem à gradu per gradum. Tunc si ipse planeta cui committit Luna, aut dominus ascendentis dispositionem, nemini iungitur, liberabitur infirmus, & perficietur sanitas eius. Et si ipse planeta

51

neta commiserit dispositionem suam planetæ malo, qui eum non recipiat, aut fortunæ ipsum non recipienti, quæ sit domina domus mortis, & dispositio fuerit eius, & non alterius, hoc est, cum commiserit ei dispositionem & non alteri, morietur.

Et si separatus fuerit dominus dominus ascendentis, aut Luna ab illo planeta, qui eum recipit, & ipse planeta commiserit dispositionem suam malo planetæ, qui ipsum non recipiat, aut fortunæ non recipienti eum, quæ fuerit domina domus mortis, frangetur infirmus, hoc est, iterum infirmabitur, seu reuertetur ad infirmitatem suam. Cumq; coniunctus fuerit ille planeta eidem malo à gradu per gradum, morietur nutu Dei. Et si fuerit receptus, prolongabitur eius infirmitas, donec perueniat eius dispositio ad ipsum planetam, poste al liberabitur iussu Dei.

Aspice ergo planetam ad quem peruenit coniunctio, quia ipse est dominus rei quæsitæ, & ipse præest illi iussu Dei. Et fortuna planetarum & eorum malignitas aut impedimentum, receptio quoq; eorum atq; non receptio, indicabit tibi levitatem rei, aut eius ponderositatem, eius quoq; effectum atq; prohibitionem. Sed finis rei erit ubi finietur coniunctio, & dispositionis commissio. Quia ipse Planeta apud quem perficitur dispositio, est dominus rei & eius autor. Sic iudicabis in uniuersis rebus, quod quando peruenit dispositio ad planetam qui recipit dominum rei quæsitæ, fortunabitur res, & perficietur iussu Dei. Et quando peruerterit etiam ad fortunam, proficiet in dispositione eiusdem. Cumq; perfecta fuerit eius dispositio, & eam commiserit alteri, operabitur ipse dispositor per quantitatem naturæ eius, & esse illius nutu Dei.

In superiori figura iungebatur Mercurius Veneri, post egressionem eius de Ariete, quæ recipiebat eum ex Tauru, & ipsa Venus iungebatur Ioui, & Iupiter recipiebat

N*ij* eam,


eam, & recipiebatur ipse ab ea. Significauit ergo idem Mercurius quod Luna, ut particeps, quia dominus erat signi ascendentis, nempe liberationem infirmi.

C A P V T I I I I : D E I N F I R M O
interrogatio.

Leo erat ascendens in 28 gradu, Et medium coeli Tauri 20 gradus. Saturnus erat in Arietis quarto gradu 15 minuto, Et Luna in Ariete 28 grad. 37 minutis, Et Iupiter in Tauro in 9. gradu 13 minuto, Et Mars in TAURO 15 grad. 18 minutis, Et Sol in Aquario 24 grad. 35 minutis, Et Mercurius in Aquario 2 grad. 7 minutis directus, Et Venus in Capricorno 11 grad. 39 minut.

Aspexi hanc interrogationem iussu Dei, cuius ascendens erat Leo, & erat Sol in septimo signo, in domo scilicet nuptiarum, cursu uacuus, seu nemini iunctus. Aspexi & Lunam quam inueni cursu uacuā, Aspexi igitur quis eorū esset loco fortior, erantq; ambo aspicientes ascendens, sed Sol erat in angulo fortior cæteris. Aspexi quoq; qnis eorum haberet plures gradus in signo suo in quo erat, & quinam uelocius egrederetur ē signo suo, & erat Luna, operatusq; sum per eam primum, Sed si fuissent utriq; coniuncti, aut esset Sol coniunctus alicui planetæ, inciperem à Sole, qui erat in angulo, sed erat uacuus cursu. Aspexi autem Lunam quam inueni plures gradus habentem quam Solem, & ipsa erat uelocius egressura ē signo in quo erat. Cœpi ergo iudicare prium per Lunam, deinde per Solem.

Post hæc aspexi, cui septem planetarum iungebatur Luna, primo tempore egressionis eius à signo in quo erat ad secundum signum. Iungebatur uero Luna in secundo signo Mercurio, committebatq; dispositionem suam eidem Mercurio, & Mercurius porro iungebatur Saturno, committebatq;



52

batq; ei dispositionem suam, & receptus est ab eo per locum
 quia erat dominus loci illius. Significauit igitur Saturnus fa-
 nitatem eius iussu Dei, eò quòd recipit Saturnus Mercuri-
 um in domo sua. Post hoc aspexi cui iungeretur Sol primum
 quando egrederetur ad secundum signum, iungebaturq;
 Sol Ioui, qui est dominus domus mortis. Sed recipiebat
 eum à domo sua. Significauit igitur Sol quoq; sanitatem atq;
 prosperitatem illius iussu Dei, propter receptionem Iouis,
 qui eum recipiebat, & si nō recepisset eum Jupiter, esset hoc
 testimonium mortis, eò quòd Jupiter esset dominus mor-
N iñ tis.

tis. Et quando iungitur domino domus mortis dominus domus uitæ, & committit illi dispositionem suam, significabit mortem nutu Dei, nisi sit aliud quod Deus noluerit, Siue enim fortuna fuerit domina domus mortis seu infortuna, mortem significat, quia est contrarius domino uitæ, nisi intercedat inter eos receptio, quæ propulsat mortem, ubi dominus domus mortis scilicet recipiat dominum domus uitæ, aut recipiat delatorem dispositionis suæ a domino domus uitæ, quia tunc erit receptio fortis, Et dominus domus uitæ receperit dominum domus mortis, hæc erit receptio debilis, Verumtamen non destruet eum dominus domus mortis ex toto iussu Dei. Post hoc aspice si inueniris dominum domus uitæ, & Lunam significantes ambos sanitatem, tunc incipe ab eo qui uelocius peruererit ad planetam significantem ei sanitatem, & qui fortior fuerit in loco suo, & participetur ei alter. Quod si inueniris eorum aliquem significantem uitam, & alterum significantem mortem, significatio domini uitæ erit dignior & fortior, quia non patietur uita detrimentum, nisi per detrimentum utrorumque. Et dominus uitæ dominatur huic rei, ut reputetur magis quam Luna, Sed sint tamen participes in omni re, nec propriè aliquis eorum habet aliquam rem absq; socio suo, & ideo cum proficerit aliquis eorum, & alter impedimentum passus fuerit, intrabit super eum qui profecit, & super rem ex necessitate, secundum quantitatem detrimenti socij sui. Et scito, quia cum inspexeris in morte & infirmitate, quod præ omnibus planetis deterius aduersatur domino uitæ dominus mortis. Et dominus mortis & dominus infirmitatis nisi sit unus in commune dominus scilicet domus uitæ, & dominus domus mortis, tunc non impediet semetipsum etiam si malus sit, sed impediunt eum cæteri mali planetæ. Et scias quia omnis planeta ex se pte, quemcunq; inueniris dominum domus uitæ, non impediet semetipsum, quamuis malus fuerit,

sed

53

sed impedit eum cæteri mali. Et scito, quia qualemcumque planetam ex septem inueneris dominum domus uitæ, non impedit semetipsum ideo quod malus est. Et econtra, qualemcumque inueneris planetam ex septem, qui sit dominus domus mortis, is est inimicus domini domus uitæ, licet fortuna etiam sit, destruit tamen uitam si ipse sit dispositor, nisi uel recipiat uel sit receptus ab altero, tunc aufert hoc iussu Dei. Et si esset dominus domus uitæ Saturnus uel Mars, & dominus domus mortis, non pacificabitur cum domino uitæ altero, nisi per receptionem, quia mors inimica est uitæ, nisi dominus sit earum unus. Tunc aspicitur cui committat dispositionem suam dominus domus mortis, & dominus domus uitæ, uel quis ei iungitur committens ipsi dispositionem suam, & iudica secundum hoc, Si commiserint dominus domus mortis, & dominus domus uitæ dispositionem suam malo planetæ non recipienti eos, significabunt mortem eius si Deus uoluerit. Et si commiserit dispositionem suam alter eorum malo planetæ, & ipse malus receperit eum, liberabitur iussu Dei. Et si commiserit dominus domus uitæ, aut dominus domus mortis dispositionem alicui, liberabitur infirmus à morte uolente Deo, & non impedit eum fortuna, siue receperit eum siue non. Post hoc aspexi in diminutione infirmitatis huius infirmi, & in augmentatione eius, aspexi inquam dominum domus infirmitatis, & erat Saturnus, qui non iungitur ulli planetarum. Nulli enim planetarum iungitur Saturnus, neque ab eo separatur, eò quod sit ponderosior omnibus. Aspexi ergo quis planetarum septem iungaretur ei, uel quis eorum separaretur ab eo, à Saturno scilicet, qui erat in infirmitate dignior, inueniique Venerem separatam à Saturno, qui erat dominus domus infirmitatis, septem diebus à domo infirmitatis, quia erat Venus in domo infirmitatis. Significauit igitur Venus diminutionem morebi, eò quod separaretur à Saturno, quia erat dominus domus infirmis

infirmitatis per 7 gradus, & iungebatur Marti qui recipit eam, & uicissim ab ea recipitur. Recipit quidem eam ab exaltatione sua, ipsa uero recipit eum à domo sua, significauerunt ergo ambo leuitatem doloris, & aduentum salutis, iussu Dei, Hoc modo aspice in dolore & in morte.

C A P V T V. D E S V B
stantia.

Quòd si uolueris scire de substantia qualis sit, & interrogauerit te aliquis utrum inueniat substantiam an non, fuisse interrogatio absoluta, cuius locus scilicet ignoretur, & quæ ab aliquo non sit petenda, aspice ei ab ascidente, & Luna, & à domo substantiæ quæ est secunda ab ascidente. Cum ergo statueris ascendens & eius gradus, aspice dominum domus uitæ, quem si inueneris aspicientem signum ascendens, uel si reddiderit lumen ipsius aliquis planetarum ad ascendens operare per eum. Si uero ita non fuerit, & fuerit Luna sicut prædicti tibi de domino ascendentis, operare per eam. Et si utriq; non aspexerint ascendens, nec iuncti fuerint planetæ, qui reddat eorum lumen ad ascendens, mutabis illum qui plures in signo suo gradus transferit, & qui uelocius debeat egredi ad secundum signum, deinde operare per eum. Quòd si fortior eorum iunctus fuerit domino substantiæ qui est dominus secundæ domus, inueniet substantiam, & adipiscetur eam, siue receptus fuerit à domino dominus substantiæ siue non, siue fortuna fuerit, siue infortuna. Quia coniunctio domini ascendentis, cum domino rei quæ sitæ, est ipsa adeptio per semetipsum, & nihil uerat eius effectum, si Deus uoluerit. Quòd si dominus dominus substantiæ committat dispositionem suam alteri planetæ, tūc aspicitur, si fuerit malus & receperit dominum dominus substantiæ, perficietur res, si non receperit, non perficietur. Et si fuerit fortuna,

54

tuna, perficietur & inueniet substantiam, siue receperit eum,
siue non, si modo fuerit ipse dispositor in loco forti aut in an-
gulis. Nam receptio efficit res, ut nullo modo possit fieri,
quin fiat, siue dilata ea fuerit, siue breui euentura, sed anguli
festinant rem, & confortant eam, & domus secundariæ siue
succedentes utiles sunt, domus autem cadentes, quæ non
aspiciunt ascendens remorantur rem, & postponunt eam,
sed receptio non potest in nihilum recidere, etiamsi mora
intercesserit, iussu Dei. Quòd si dominus ascendentis aut
Luna, aliquis scilicet eorum iunctus fuerit domino domus
substantiæ, etiam malo planetæ, qui saltem habuerit potesta-
tem siue dignitatem in domo substantiæ, quamuis non reci-
piat dominum ascendentis. Aut si planetæ malo iunctus
fuerit in domo substantiæ, qui etiam careat dignitate in ea-
dem domo, dummodo receperit ipse dominum ascendentis,
eueniet res quæsita. Et si dominus secundæ domus quæ est
domus substantiæ, uel planeta qui in eadem domo fuerit,
iungitur domino ascendentis, fiet res absq; aliqua difficultas-
te, & perficietur nutu Dei. Coniunctio domini ascendentis
cum planetis significat petitionem rei, a domino interroga-
tionis, anteq; datur. Et coniunctio domini domus substani-
tiæ, cū domino domus uitæ significat, quod ueniat res absq;
petitione, & plus erit ex ea parte quam speretur.

Quòd si dominus ascendentis & Luna non iungitur do-
mino secundæ domus, nec alicui planetæ in uice eius, hoc est,
qui sit descendens in eadem domo. Aspice tunc cui iungatur
dominus ascendentis uel Luna, qui si fuerint ambo uel alii
quis eorum iuncti fortunæ, & ipse planeta dispositionem
suam alteri non commiserit, & fuerit in angulo uel in loco
forti perficietur res, & inueniet substantiam, siue receperit
eum ipsa fortuna siue non. Et si dominus ascendentis uel
Luna iuncta fuerint malo, si cum receperit perficietur res, &
si non receperit cum destruetur. Si fuerit ipse malus disposi-

O
tor

tor atq; author. Quia malus planeta detrimentum facit res
rum, si non recipiet alterum aut recipietur: Sed fortunæ uti
liores reddunt res, iussu Dei, etiam si nō receperint alios, aut
receptæ fuerint. Nam si recipiunt, erit maius bonum, & si
non recipiunt operantur tamen bonum, & non impediunt
iussu Dei. Quòd si fortuna commiserit dispositionem suam
malo planetæ, qui eam non recipiat, detrimentū patietur res
eius, cū peruererit dispositio ad malum, sed si receperit eam,
perficietur res sine detimento.

C A P V T VI. D E S V B S T A N T I A accommodata.

Si autem petieris ab aliquo substantiam quam accommo-
dasti, uel quæsieris ut det tibi de propria substantia, uel
qualicunq; modo postulaueris eam, dominus ascendentis &
Luna erit quæsitor, & à quo quæritur substātia erit dominus
septimi, & domus substantiæ quærentis erit domus secunda
ab ascendentे, Domus quoq; substantiæ illius à quo quæris-
tur ea, erit secunda à septimo, idest octaua ab ascendēte, quæ
est domus mortis. Quòd si dominus ascendentis uel Luna
iunctus fuerit domino domus mortis, qui est dominus de-
mus substantiæ illius à quo petitur, aut planetæ qui fuerit in
eadē domo, sicut prædixi tibi in capitulo præcedēti, acquiret
rem suam quā petierit. Et si nulla causa fuerit cōiunctiōis in-
ter eū & dominū domus substantiæ prædicti debitoris, idest,
inter dominū ascendētis, & dominū domus mortis, nec iuns-
ctus fuerit alicui planetæ, qui sit in eadem domo, sicut prædixi
in superiore capitulo, nec dominus domus mortis, qui est do-
minus domus substantiæ quæsitæ, iunctus fuerit domino
ascendentis, uel alicui planetæ, qui fuerit in ascendentе, sibi
conuenienti, siue malus fuerit siue fortuna, (& conuenientia
eius est receptio, & ut sit ei aliqua dignitas in ascendentе)
tunc aspice cui iungatur dominus ascendentis aut Luna.

Quòd

55


Quod si aliquis eorum uel ambo iuncti fuerint malo planetæ qui eos recipiat, aut fortunato quæ sit in forti loco perficietur res & inueniet eam iussu Dei. Et si interrogator interrogauerit te de substantia, quæ sit in domo substantiæ regis, utrum habiturus sit de ea an non. Aspice ei secundum quod aspexisti, ad domum substantiæ eius interrogantibus, & ad domum substantiæ prædicti quæsiti, id est ab undecimo signo, quod secundū locum habet à domo regis, quæ est decimum signū, & iudica secundū illud nutu Dei. Quod si te interrogauerit quādo erit hoc, aspice planetam cui iungitur dominus ascendentis, aut fortunā quæ fuerit proprioris receptionis à domino ascendentis uel Luna, siue malū qui receperit dominū ascendentis siue Lunam, in domo rei significatæ, ipsum scilicet qui significauerit effectum rei, tunc si fuerit effactus rei per coniunctionem ex aspectibus notis & non per corpus, aspice quando proieciet dominus ascendentis, aut Luna lumen suum super significatorē gradu per gradum, & fac tempus secundum numerum graduum, qui fuerit inter eos, id est, quot fuerint gradus, tot pone dies, Quod si tunc non fuerit, erit quando peruererit dominus ascendentis aut Luna ad ipsum significatorem, & iunctus ei fuerit per corpus suum in signo in quo fuerit, gradu per gradū. Aut econtra quando peruererit significator ad dominū ascendentis, & fuerit coniunctio inter eos in eodem signo, & dominus ascendentis ponderosior extiterit illo significatore, tūc erit res iussu Dei. Et erit hoc in loco forti in angulis, aut in loco in quo dominus rei gaudet. Quod si eadem hora non fuerit, erit quando peruererit author rei ad Solem, & fuerit orientalis, id est cum cœperit oriri post egressionem suam de sub radīs Solis, tunc enim renouabitur ipse, & renouabit rem suam, si Deus uoluerit. Et si fuerit sub radīs Solis, erit quando egredietur de subradīs. Aspice igitur diem quando erit hoc per gradus, qui fuerint inter eos. Si fuerint stellæ leuiores Venus scilicet

O ij aut

aut Mercurius aut Sol, pones eis dies secundum quod fuerit
inter eos ex gradibus, donec projiciat lumen suum unus su-
per alterum a gradu per gradum, quae est coniunctio uera.
Tunc aspicietur gradus in quo fuerit author rei, quando iun-
ctus fuerit ei quærens rem gradu per gradum. Cumque per-
uenerit ad eum dominus ascendentis aut Luna, perficietur
res iussu Dei, cuius rei exemplum esto, si aliquis uir promis-
tat alijs uiro causam in aliquo loco, post hoc diceret, ponam
tibi eam hic, & ponerem eam, postea proficisciatur peregre,
& dimitteret eam in eodem loco, donec ueniret dominus
eius, & inueniret eam atque acciperet: Si autem non esset in
loco nominato, quereret donec perueniret ad eum, id est, ad
ipsum promittentem, & cum peruenierit ad eum, si inuenes-
rit eum in loco fortitudinis suæ, perficiet rem suam iussu dei.
Similiter facies cum domino ascendentis, si iungitur ei do-
minus rei, Et ponam tibi similitudinem per quam facies, &
per quam dirigeris, si Deus uoluerit.

C A P V T VII. I N T E R R O G A T I O D E
rebus mortui cuiusdam derelictis.

Interrogatio de rebus cuiusdam mortui derelictis, de qui-
bus interrogauit quidam eius propinquus, utrum haberet
ex eis aliquid an nō, eius stellæ erant hoc modo positæ. Erat
ascendens Tauri 28 grad. & mediū cœli Aquarij 13. grad.
& Venus in Aquarij 16. gradu, 41. minuto. Et Luna in
Leone 28 gradu, 58. minuto. Et Mercurius in Piscibus 19.
grad. & 15. minuto, Et Sol in Ariete 1. grad. 20 minuto,
Et Iupiter in Tauro in 14. grad. 15. minuto, Et Mars in
Geminis in 6. grad. & 30. minuto. Aspexi hanc interroga-
tionem iussu Dei, & erant stellæ eius sicut prædicti tibi, erat
scilicet domina ascendentis Venus uacua cursu, nemini iun-
cta, sed separata a Iove, qui erat dominus domus substantiæ
mortui



mortui illius, quæ est octaua domus ab ascendentे, Erat
 Iupiter in Tāuro in domo Veneris, & ipsa erat separata ab
 eo ex receptione, quæ separatio à receptione est quædam fœ
 ditas & res horribilis. Post hoc aspexi Lunam in eadem ho
 ra, quæ erat uacua cursu, separabatur autem à Venere. Aspe
 xi igitur eorum loca, & inueni utrumq; in angulis aspicien
 tes ascendens. Aspexi autem eum qui habebat plus de gra
 dibus signi in quo erat, & qui debebat uelocius egredi ab
 eo, erantq; ambo in angulis, Sed Luna debebat uelocius
 egredi, & ipsa habebat plus de gradibus in signo suo. Quare
 mutauī ac transtuli eam ad signum secundum à loco suo,
 O iij iunctaq;

iunctaꝝ est primo Marti, & Mars est malus, & non recepit eam, nec Mars est receptus ab ea, nec fuit Mars dominus dominus substantiæ prædicti mortui, qui est locus causæ quærentis, significauit ergo prohibitionem causæ. Post hoc mutauit etiam Venerem ad secundum signum, significauit enim & Venus id quod Luna significauerat, quia iuncta est primo Marti. Quod si esset Mars dominus dominus substantiæ mortui, aut receperisset Venerem aut Lunam, aut esset stella fortuna, uel existens in angulo, uel in loco fortitudinis suæ, dicerem quod res perficeretur, & acquireret de substantia mortui eiusdem. Et si esset in domo substantiæ mortui aliqua fortuna, & Venus iungeretur ei, eueniret res, Aut si esset infortuna, & haberet in eodem loco aliquam dignitatē, reciperetꝝ Venerem, aut nō reciperet, si iungeretur ei Venus, fieret res, aut si esset planeta malus in eodem loco, recipiens Venerem aut Lunam, quantumuis nullam habens dignitatem in eo loco, contingeret tamen res, si iungeretur ei Venus, quia receptio non peribit quomodo cuncta fuerit iussu Dei, cum præfuerit rei planeta qui recipit, & fuerit eius disposer, & persuenerit ad eum dispositio, ac si non commiserit eam alteri, quia si commiserit eam alteri post receptionem suam, significabit receptio effectum rei, & commissio dispositionis suæ alteri, significat finem rei, & ad quid deuentura sint ultima eius, quia perfectio & effectus rei, cognoscetur à planeta, cui primo iungitur dominus ascendentis & Luna, aut ex secundo qui recipit commissum, aut ex ultimo, quomodo cuncta uidelicet fuerit receptio. Sic etiam finis rei, erit aut ex domino rei quæsitæ, aut à fortuna quæ fuerit in bono loco etiam absceptra receptione, Significauerunt itaque planetæ quod significauerant in locis suis, & fuit desperatio ab eo qui petierat, dominus huius interrogationis. Et hora qua iam intellexit, quod non fieret, fuit quando egressa est Venus ab Aquario, ad signum secundum à loco suo, quod est signum piscium.

Et

57

Et quando iuncta est Luna Veneri per corpus suum, Post separata est à Venere, & iuncta est Marti, ex piscibus gradu per gradum. In eadem hora fuit illi desperatio de illo quod petierat. Quia Luna est significatrix rerum, & ipsa iuncta est Marti, antequam Venus hora interrogationis, nouit̄ Luna quod erat apud Martem, antequam iungeretur ei Venus, cumq̄ peruenisset rumor ad Venerem, indicauit Luna ruorem Veneri, post hoc iuncta est Luna Marti per corpus, & ex hoc uenit detrimentum rei, & dissipata est tunc res atq̄ soluta. Et scito quia anguli confortant res atq̄ festinant, & firmant res tam bonas quam malas, quicquid ergo boni fuerit, figitur domino suo, & durabit, & quicquid mali fuerit similiter patienti illud.

C A P V T VIII; D E R E G N O
utrum acquiratur.

Quod si aspiceris de regno, interrogaueritq; vir utrum præerit regno uel non, Et fuerit interrogatio eius absoluta, hoc est, non dixerit tibi utrum præero in hoc anno, an in mense hoc, seu in hac hebdomada. Aspice si uis debis quod non præerit. Hoc modo scito, quando erit desperatio de hoc, & quid prohibeat eum præesse, & si uideris quod præerit, & interrogauerit te absolute, non indicans tibi necq; diem, necq; annum, necq; mensem notum siue hebdomadam, aspice ei, si uideris quod præerit, dixeritq; tibi quando uideatur tibi hoc posse fieri, Constitues ei tempus pro ut uideris in interrogatione eius, idest prædices ei quando erit hoc in uita sua, in qua parte eiusdem uitæ. Et unicas interrogations hoc modo erunt in omnibus rebus. Quod si interrogauerit te de anno uel mense, aut infra hoc aut plus, & uideris quod non fiet, notum fac ipsi quod non fit, in eodem tempore de quo interrogauit. Et si te interrogates

rit

rit quando erit desperatio ab hac re, notum fac illi, quando erit ab hora, qua te interrogauit. Et si uideris quod res fiet, indica ei quando erit, ex tempore de quo interrogauit, in initio scilicet uel in medio, aut in fine eius, aut in quacumque hora fuerit ex eo.

Cuius rei scientiam sic aspicies: Constitues scilicet ascendens ac medium cœli, & eorum gradus per ascensiones ciuitatis tuæ in qua tunc fueris, & per horas æquales, & cum uniuersis quæ necessaria sunt ei de quo interrogatur. Apta igitur et ascendens per horas æquales, post hoc aspice dominū ascendentis & Lunam, qui sunt interrogantis semper, quisquis fuerit de uniuersis hominibus, in uniuersis interrogatoribus, siue uir fuerit interrogator siue mulier, siue parvus fuerit aut magnus. Post hoc aspice quis eorum sit fortior, dominus scilicet ascendentis aut Luna, & uide utrum fortior eorum iungatur domino medijs cœli, quæ est domus regis, non committens dispositionem suam alteri, adipiscetur, querens rem suam, hoc est, inueniet regnum quod quæsivit, siue receperit dominus medijs cœli dominum ascendentis siue non, siue fortuna fuerit siue malus, tunc quærens regnum adeptus est rem suam nutu Dei. Si autem dominus medijs cœli receperit dominum ascendentis aut Lunam, tunc bonus est, quo non possit contingere melius aut fortius, & magis commouebitur res ad hoc ut fiat, ac stabilis erit & durabilis. Si uero dominus medijs cœli fuerit qui iungitur, hoc est, si ipse petit coniunctionem domini ascendentis, tunc acquisiet interrogans regnum absq; petitione sua, ultro enim ueniet ei, sedenti in domo sua, & absq; labore. Nam si dominus ascendentis iungatur domino medijs cœli, non potest fieri, quin ipse petat regnum, aut aliquis pro eo. Quia coniunctio domini ascendentis est ipsa acquisitio, & receptio est eius dilectio. Et si fuerit coniunctio ab oppositione aut quarto aspetto, erit in re aliqua difficultas, & dilatio, ac labor. Si uero fuerit

fuerit coniunctio ex trino uel sextili aspectu, erit res absq; la-
bore, & absq; duritia. Similiter fit in coniunctione per cor-
pus, Quod si dominus ascendentis aut Luna non fuerit iun-
ctus domino medi coeli, neq; dominus medi coeli iunctus
fuerit alteri eorum aut utriq;, nec fuerit inter eos aliquis pla-
netarum committens dispositionem donec perducat eam ad
eos. Aspice tunc dominum ascendentis aut Lunam, si for-
tior eorum iungitur alteri, qui non sit dominus regni seu me-
di coeli, & fuerit ipse planeta fortuna, & fuerit in angulo aut
in loco fortis, perficietur res iussu Dei, siue receperit eum siue
non. Et si fuerit malus & receperit eum, perficietur res si
Deus uoluerit. Si uero fuerit malus, & non fuerit dominus
medi coeli, & non receperit dominum ascendentis, & ipse
malus non commiserit dispositionem suam alteri planetae,
tunc res non perficietur, quia malus ille destruit eam nutu
Dei. Et si ipse malus commiserit dispositionem suam alteri
malo, qui recipit dominum ascendentis, perficietur res iussu
Dei. Post hoc aspice ipsum planetam, qui fuerit in signo me-
di coeli, & in signo ascendentis. Si fuerit in signo medi coe-
li planeta malus, qui nullam habuerit in eo dignitatem, &
recepit dominum ascendentis aut Lunam, perficietur res,
& si non recipiet aliquem horum, non perficietur. Et si fue-
rit exaltatio eiusdem mali in signo medi coeli, & fuerit in
exaltatione sua, perficietur res iussu Dei, siue receperit domi-
num ascendentis aut Lunam siue non, si Deus uoluerit. Et si
fuerit in signo medi coeli fortuna, & ei iuncta fuerit Luna
aut dominus ascendentis, perficietur res uolente Deo, siue
receperit eum ipsa fortuna siue non, siue habuerit ipsa in si-
gno medi coeli dignitatem siue non.

Aspice quoq; coniunctionem domini medi coeli cum
planetis, qui fuerint in ascidente, quemadmodum aspexisti
in re domini ascendentis, & in eius coniunctione cum stellis
quaeruerint in medio coeli. Et scito quod planetae q; præsunt

rei cum fuerint in quatuor angulis, disponunt res atq; festi-
nant, excitant atq; perficiunt. Quòd si te interrogauerit in
bono aut malo in quo fuerit, uel quòd postea futurum expe-
ctauerit, & inuenieris planetas, q; præsunt rei in angulis, erit
illud durabile, siue bonum fuerit siue malum. Et aspice con-
junctionem planetarum qui fuerint in angulis, & eorum re-
ceptionem, & auxiliare per hoc super rem tuam, si Deus uos-
luerit. Et si te interrogauerit, quando erit (inquiens) hoc re-
gnum? Aspice dominum ascendentis & Lunam, quis eoru-
m fortior fuerit in significatione effectus rei, per eum operare.
Fortiorem autē dico eum qui fuerit inter dominū ascendētis
& Lunam fortior. Et uide quot gradus sint inter fortiores
eorum, & planetam qui perficit rem eius, quo usq; iungatur ei
gradus per gradū, & pone eos gradus pro diebus, quòd si tūc
non fuerit, erit quando peruenierit dominus ascendentis ad
eum aut Luna, & iunctus ei fuerit per corpus suum in gradu
uno, aut peruenierit dominus ascendētis aut Luna ad gradū,
in quo erat dominus mediū cœli, & fuerit loco fortis, hoc est,
receptus in angulis, aut in loco optimo, & in dominibus me-
dijs, seu succedentibus angulorum, & fuerit illi in eodem an-
gulo aliqua dignitas, tunc erit. Deinde scito quæ sit fortitu-
do loci, hoc est, quæ sint fortia loca in quibus delectatur ani-
mus perficientis rem, & præparantis eam, quia hoc indicabit
tibi quando erit res de qua interrogaris iussu Dei, hoc est, ut
aspicias, cui iungitur dominus ascendentis aut Luna gradu
per gradum, & scias in quo gradu sit author rei. Quòd si nō
fuerit quando proiecerit super eum radios suos gradu per
gradum, erit quando peruenierit corpore suo ad gradū in quo
erat prædictus author, si fuerit in loco forti, & habuerit in eo
aliquem modum fortitudinis in quo gaudet. Quòd si nec
tunc fuerit, quando peruenierit ad eum dominus ascendentis
quando aspicerit eum, & fuerit author ipse in loco forti, tunc
erit res iussu Dei. Si uero non fuerit hoc de quo interroga-
ris,

59


ris, & uideris quod non fiet, aspice tunc planetam qui significauit impedimentum rei, & desperationem eius. Aspice itaq; in eo sicut aspexisti in illo qui rem perfecit, & quando erit, si uideris quod fiet, tunc erit desperatio eiusdem iussu Dei. Et si dominus ascendentis aut Luna iuncti fuerint auctori per corpus suum in signo uno, & fuerit author in angulis, aspice quot gradus sint inter eos, & pone eos loco dieum, si fuerint stellæ leues, & si fuerint ponderosæ, pone iuxta numerum graduum menses. Et secundum numerum eundem erit, si Deus uoluerit. Et scito quod stellæ leues sunt, ♀ ♀ atq; ☽, ponderosæ uero, ♂ ♈ & ♂. Et nunc constituam tibi exemplum, per quod debes iudicare, & scire quæ iam diximus.

C A P V T I X . Q V A E S T I O D E regno.

Quidam uir interrogauit utrum perficeretur sibi regnum, quod peteret an non, quod etiam sibi promissum fuerat, & nominatum. Eius interrogationis fuit ascendens signum geminorum in 5. gradu, medium cœli Aquarius in 20 gradu. Et Mercurius in Geminis 13 grad. 16. minut; retrogradus. Et Luna in Sagittario S. grad. 18. minut. Et Sol in Geminis 51. minutis. Et Iupiter in TAUro 28. grad. 13. minutis. Et Saturnus in Ariete per 16. grad. Et Venus in Ariete per 24. grad. & 13. minuta. Et Mars in Cancro, 11. grad. 58. minut.

Aspexi hanc interrogationē nutu Dei, & erat Mercurius dominus ascendentis, retrogradus, reuertebatur enim ad Solem & iungebat urei, & Sol petebat cōiunctionē Saturni à ketili aspectu. Et Mars ibat ad Saturnū ut iungeretur ei à quarto aspectu, & omnes erāt in aspectu, ideoq; habebāt testimonia, uicit autē Mars, quia uenit prior ad Saturnū, & iunctus est ei gradu per gradū, quæ est cōiunctio uera, absceditq; cōiuncti-

P ij onem



onem Solis à Saturno, & destruxit rem, quia separauit Solē
à Saturno, & Sol erat cui dominus ascendentis & Luna cō/
mitiebant dispositionem, & ipse erat medius inter dominū
medij cœli, qui est dominus rei quam petebat, & inter domi-
num ascendentis. Et si non abscinderet Mars coniunctionē
inter Solem & Saturnum, & iungeretur Sol Saturno anteque
iungeretur ei Mars, proficeret causa iussu Dei. Sed quia
Mars fuit in loco in quo iungebatur Saturno, anteque Sol iun-
ctus est ei, destruxit Mars rem quando separauit Solem à
Saturno, & absidit eorum coniunctionem. Iunctus est ergo
Mars Saturno, & Sol nulli iunctus est, quia lumen Martis
segrega-

60


segregauit utrincq; Solem & Saturnum, qui est dominus causæ interrogatis. Volui quoq; scire quando esset illi desperatio euentura, seu quando pateret ei, quòd non fieret quod postulauit. Et hoc fuit quando iunctus fuit Mars Saturno, & proiecit lumen suum super ipsum Saturnum à gradu per gradum, in eadem die fuit desperatio de causa illa. Et scito quòd Luna cum fuerit in signo medi cœli iuncta domino ascendētis, perficitur etiam causa iussu Dei. Quia est in loco causæ, & est significator rerum, & est fortuna, ideo perficit causas iussu Dei, siue accedat receptio siue non, etiam si esset dominus ascendentis Saturnus uel Mars. Et scito quòd effectus rerum fortassis fuerit in initio coniunctionis, in medio eius, aut in fine, quomodo cumq; scilicet fuerit concordia atq; receptio. Et perfectio rei est ex Almutes seu authore, ad quem peruererint nouissima dispositionis atq; coniunctio. Et si Almutes seu ipse author receperit eum, qui ipsi committit dispositionem, & fuerit concors causæ, tunc perficietur res, & non patietur detrimentū, siue prolongata fuerit, siue celeriter acciderit iussu Dei.

**C A P V T X. I N T E R R O G A T I O
de regno.**

Quidam uir interrogauit utrum acquireret in eodem anno regnum uel non, quo tempore fuit ascendens Cancri 14. grad. & medium cœli Arietis 3. gradus. Et fuit Luna in Libra in 4. grad. 22. minuto, Et Saturnus in Arietis undecimo grad. Et Sol in Ariete 29. grad. 10. minut. Et Venus in piscibus 17, grad. & 9. minut. Et Iupiier in Tauro, 21. gradibus, & 10. minut. Et Mercurius in Tauro 10. grad. 15. minut. Et Mars in Gemi. 22. grad. 26. minutis.

Aspexi ergo in hac interrogatione nutu Dei dominum ascendentis qui erat Luna, quam inueni iunctam Saturno

P iiij ab



ab exaltatione sua in libra, recepitq; Saturnus Lunam ab exaltatione sua, & significauit effectum rei, iussu Dei, quia Saturnus recipiebat Lunam quæ erat domina ascendentis, & erat in domo regia, qui est locus rei, fuitq; principatus eius à Saturni receptione, qui recipiebat Lunam. Sed non erit hoc, donec petatur à domino interrogatiōis, eritq; ibi aliqua difficultas uel labor, quia recipit Saturnus Lunam ab oppositione seu contrarietate, & anxiabitur animus potentis rem, propter locum ipsius, eò quod Saturnus qui recipit Lunam, est in descensione seu in casu, & in uilitate, ita Saturnus angustatur

gustatur in loco suo. Propterea uidimus quod uir iste angus-
tabitur in opere suo, & odio habebit id, propter odium
Saturni, quod habet erga locum suum. Quia Saturnus est qui
tribuit ei regnum iussu Dei, & eius natura & esse est sicut
natura Saturni, & esse Saturni. Et dominus interrogatio-
nis inueniet apud eum qui eum constituit, locum receptionis
ac honorem, ac dilectionem, quia Saturnus est dominus septi-
mab ascendentis, & ipse recepit dominum ascendentis, &
dominus ascendentis est interrogantis, dominus uero septi-
mi est illius, qui ordinauit interrogantem. Quia ergo iun-
ctus est & receptus ab eo, diximus quod erit inter eos dilec-
tio ac receptio, & in bono loco erit apud eum, si Deus uo-
luerit. Et cum uolueris scire quando erit regnum istius viri,
Aspice quot gradus sint inter Lunam & Saturnum, donec
iungatur ei per lumen suum gradu per gradum, erantq[ue]
inter eos 6. gradus, diximus ergo quod sint sex dies, quod
si tunc non foret, erit quando peruererit Luna ad ipsum gra-
dum, in quo erat Saturnus, quando recepit Lunam gradu
per gradum, in lumine suo. Et si tunc non fuerit, erit quan-
do peruererit Venus ad gradum ascendentis, quia Venus
est domina domus Lunæ, quod signum est libræ, in quo
erat Luna ascendentis domina. Et scito quod dominus
ascendentis & Luna cum fuerint cadentes, aut perfecerint
opus suum ac dispositionem, adhuc res quam præuidisti
non fuit, debes operari per dominum signi in quo fuerit do-
minus ascendentis. Fuit itaq[ue] principatus eius uiri ad sexaginta
dies, ex die qua facta fuit interrogatio, hoc est, quan-
do primum peruenit Venus in gradum horoscopi, ex signo
ascendente. Venit enim in locum fortis, & confortauit
rem, & stellæ opera tūc perficiuntur, & facta est res iussu Dei.
Nam & bonum & malum, quando fuerit in loco fortis
in locis altioribus & fixis (quia haec sunt quæ significant &
confirmant res tam bonas quam malas natus Dei) mouent
quocq[ue]

quocq; ea tempore effectus sui. Pone igitur cor tuum ad scis-
endum casum planetarum ab angulis, & eorum erectionem
uel altitudinem in ipsis angulis, tam ad motum rerum, quam
ad recessum earum, tam ad diminutionem quam ad confir-
mationem illarum, Et si non fuisset principatus uiri, quando
peruenit Venus ad gradum ascendentem in oriente, dicere-
mus quod esset quando ueniret Venus ad gradum quarti si-
gni, aut ad gradum septimi, aut ad gradum in quo erat Sa-
turnus hora interrogationis, aut quando relinquenter Sol Sa-
turnum, & fieret orientalis, & exiret de subradijs Solis &
renouaretur, ac renouaret rem suam cui præerat. Et transi-
tus Veneris ad gradum in quo erat Luna, est res fortis, exiuit
autem iste uir ad opus suum cui perficit, quando peruenit
Venus ad gradum signi ascendentis. Et scito quod iam ac-
cidit tarditas huius rei propterea, quia Luna erat in quarto
angulo, & iungebatur Saturno ab oppositione à quo nouisti
effectum rei, & Saturnus erat in angulo decimo in loco scili-
cet rei siue regni. Et si esset Luna in septimo angulo, fieret
utiq; res uelocior, & si esset cum Saturno in decimo signo,
esset adhuc uelocius. Et in signo ascidente esset uelocius
præ cæteris locis. Et scito quod tardare facit res, & acceles-
rare eas fortitudo domini ascendentis, & fortitudo Lunæ,
aut debilitas eorum si fuerint debiles. Si enim fuerint in
angulis festinabit res iussu Dei. Et si fuerit unus eorum ca-
dens, & alter in loco forti, idest, planeta qui iungitur uel ille
cui se iungit planeta alter, similiter impediet hoc rem, & fa-
ciet eam tardare secundum quantitatatem eius casus, & secun-
dum impedimentum quod ingreditur super eum, in loco in
quo est. Et scito quod planetæ cadentes ab angulis faciunt
tardare omnem rem, quæ nondum est, & expectatur ut fiat.
Et planetæ cadentes ab angulis sunt boni, imò optimi, ad
omnem rem bonam, cuius expectatur recessio, ut peregrin-
antur seu uiatori præfecto seu regi, cui aspicitur quando ca-

det

det & recedet regnum eius, & præfæctio quando recedet ab
 ordine suo, & in omni bono seu malo quando recedet a do-
 mino suo, & auferetur ab eo. Aspice igitur hoc a recessione
 planetarum fortium de fortitudine angulorum, qui eleuan-
 tur in angulis quatuor, quibus dignior & uelocior est ascens-
 dens, in bonis angulis, & in effectu causæ, & secundus est
 medijs cœli angulus, seu decimum signum. Tertius est septi-
 mas, domus uidelicet coniugij uel nuptiarum, Et quartus est
 angulus domus patrum. Domibus uero medijs dignior est
 domus spei, & est uelocior domo nuptiarum & patrum ad
 agendas res, & ipsa est domus undecim, & secunda inter
 has, est domus peregrinationis siue nona, Tertia est domus
 filiorum siue quinta, Quarta est domus fratum, quæ est ter-
 tia. Hæ sunt bonæ & laudabiles. Domus autem cadentes
 ab angulis sunt omnibus domibus deteriores, domus scilicet
 mortis quæ est octaua, & domus infirmitatis quæ est sex-
 ta, & domus inimicorum quæ est duodecima, & domus sub-
 stantiæ quæ est secunda ab ascendentे. Hæ domus sunt ini-
 micæ ascendentì, quia non aspiciunt ascendens. Fuitq; exi-
 ens eius uiri de quo supra dixi pauci commodi, non inuenit
 in eo quod petebat nisi modicam rem. Recepit tamen ius
 suum, & fuit mora eius donec reuersus est ad domum suam
 quindecim diebus, & ideo accidit stabilitas iuris eius, & for-
 titudo operis sui, causa planetarum eius in angulis, & pro-
 uenit paucitas utilitatis eius, ideo quia Saturnus, qui decer-
 nit ei regnum iussu Dei, erat in signo descensionis suæ, &
 mali ac uilitatis suæ, & putei, & in loco in quo nulla dignis-
 tas erat ei. Etiam fuit illud quod datur ipsi de eo odibile, pro-
 pter odium quod habebat Saturnus erga locum suum. Fixit
 tamen omnes res suas firmitas stellarum eius in angulis.

C A P V T XI. D E I N V E N I E N D O
Hylech nati.

Q

Cum

CVm uolueris scire uitam nati iussu Dei, si natus fuerit in die, incipe à Sole si fuerit in ascendentे aut medio cœli, cuius radix, hoc est, oppositum est in septimo ab ascendentе, aut in quarto, & non recesserit à gradu domus in qua fuerit plus quinque gradibus, & fuerit receptus à domino domus aut exaltationis signi in quo fuerit, ex coniunctione, tunc utilis erit pro Hylech. Et planeta qui receperit erit Alcochoden, & ipse est qui præerit natuitati, significator scilicet aut dator annorum aut mensium seu dierum, & dirigetur diuisio mensium annorum aut dierum à gradu in quo est, & ipse est gradus Hylech. Quòd si non fuerit Sol in aliquo locorum quæ prædixi tibi, aut fuerit in eis, & extiterit remotus à gradu loci in quo est, plus quinque gradibus, aut si fuerit in eis, & non erit inter eum & dominum domus aut exaltationis signi in quo fuerit coniunctio, si ita fuerit non erit utilis pro Hylech. Dimitte ergo eum & aspice Lunam, quæ si fuerit in angulis quatuor, & in succendentibus angulorū, quæ sunt undecima, quinta, octaua & secunda, hæc sunt octo loca, in quibus si Luna non fuerit remota à gradu domus in qua est plus quinque gradibus, & fuerit coniuncta domino domus aut exaltationis signi in quo est, erit utilis ut sit Hylech. Dñe tunc diuisiōē annorum aut mensium, aut dierū iussu Dei.

Quòd si tunc Luna non fuerit in his locis octo, quæ nominavi tibi, & fuerit remota à gradu domus in qua existit, plus quinque gradibus, aut fuerit in eis non remota, aut non fuerit iuncta domino domus aut exaltationis suæ, si sic fuerit non erit idonea ut fiat Hylech. Aspice tunc gradum partis fortunæ, si ceciderit in aliquem istorum octo locorum, & non fuerit remotus à gradu domus in qua est plus quinque gradibus, & fuerit dominus termini gradus partis fortunæ, aut dominus domus eius iunctus ei, utilis erit pro Hylech. Et dominus termini eius, uel dominus domus illius, qui iunctus est ei, præerit, hoc est, erit dator annorum, aut mensium,

seq

63

seu dierum. Et diriges diuisionem annorum aut mensium atq; dierum à gradu partis fortunæ. Quòd si non fuerit do-
minus termini gradus partis fortunæ, aut dominus domus
eius iunctus ei parti fortunæ præerit, ipsa erit Hylech, & à
domino eius scitur donatio annorum, mensium, aut dierum,
& ex gradu partis fortunæ diriges ei diuisionem annorum,
mensium, ac dierum nutu Dei. Si uero non fuerit pars for-
tunæ in his octo locis, aut fuerit in eis, & fuerit remota à
gradu loci, in quo est plus quinq; gradibus, non erit utilis
pro Hylech, dimitte igitur eam. Quòd si fuerit in nativita-
te coniunctionali, hoc est, quam proxime præcessit lumina-
rium synodus, aspice tunc gradum coniunctionis Solis ac
Lunæ ante nativitatem nati. Quòd si fuerit gradus con-
iunctionis Solis ac Lunæ ante nativitatem eius in his octo
locis, non remotus à loco in quo est plus quinq; gradibus, &
dominus termini eius, aut dominus domus in qua est iun-
ctus fuerit ei, ipse præerit significationi dationis annorum,
mensium, ac dierum. Et diriges diuisionem annorum, men-
sium aut dierum, à gradu coniunctionis, quia factus est iussu
Dei Hylech. Si autem natus fuerit puer in coniunctione, &
non fuerit gradui coniunctionis iunctus dominus termini
eius, aut dominus domus in qua est, & ipsa coniunctio fuerit
in prædictis octo locis, non remota à domo in qua est plus
quinq; gradibus, gradus coniunctionis eius erit Hylech, &
dominus eius præerit, & ipsa coniunctio ambo scilicet sis-
mul, & ab ipsis scitur donatio annorum, mensium ac die-
rum. Et ab ipsis dirigitur diuisio annorum, mensium, aut
dierum. Si uero gradus coniunctionis Solis & Lunæ non
fuerit in prædictis octo locis, & fuerit remotus à gradu do-
mus in qua est plus quinq; gradibus, non erit utilis ut sit Hy-
lech, dimitte ergo eū. Similiter aspice in gradu præventionis
seu oppositionis luminarium, qui aliter dicitur gradus im-
pletionis Lunæ, quæ fuerit proxime ante nativitatē, si fuerit

Q. ii nativitas

natiuitas in prædicta præventione, qui gradus si fuerit in
præfatis octo locis, non remotas à gradu domus in qua est,
plus quinque gradibus, utilis erit pro Hylech, & ab eo dirige
diuisionem annorum mensium ac dierum. Quòd si dominus
nus termini eius uel domus iunctus fuerit ei, ille horum qui
iunctus tunc fuerit præerit natiuitati, qui & significabit do-
nationem annorū, mensium aut dierū. Si modo fuerit gradus
præventionis in prædictis octo locis, non remotus à gradu
loci in quo est plus quinque gradibus. Sed si dominus termini
eius, uel dominus domus illi non coniungitur, nihilominus
tamen gradus præventionis erit hylech, & ipse præerit, & à
loco eius scitur donatio annorum mensium aut dierum, &
ab eodem gradu dirigitur diuisione annorum mensium aut die-
rum nutu Dei. Et si fuerit gradus præventionis in ipsis octo
locis, sed fuerit remotus à gradu domus in qua est, plus quinque
gradibus, non erit utilis pro Hylech, dimitte igitur eū,
Et aspice gradum ascendentis, quia ipse erit Hylech, & do-
minus termini eius, aut dominus domus qui iunctus ei fue-
rit, natiuitati præerit, & ipse erit significator ac dator annorū
mensium aut dierum. Et à gradu ascendentis dirigatur di-
uisione annorum mensium aut dierum. Quòd si dominus ter-
mini eius, aut dominus domus non fuerit ei iunctus, hoc est,
si neuter istorum fuerit iunctus gradu signi ascendētis, ipse
tamen gradus ascendentis erit Hylech, & præerit ipse nati-
uitati, & ab eo dirigetur diuisione annorum mensium aut dierū,
& ab eodem scitur donatio annorum mensium aut dierū. Et
operaberis nocte, sicut operaris in die, æqualiter in omni-
bus horis, sed incipies in die à Sole, postea à Luna, inde à par-
te fortunæ, deinceps à coniunctione uel præventione, in qua
natiuitas contigerit, tandem à gradu signi ascendentis. Cumque
percurreris capita prænominata ab ipsis locis, & fuerit opus
tuum à gradu ascendentis, non prolongabitur uita pueri,
nisi sit gradus ascendentis liber à projectione luminis malo-
rum

64

rum super eum, Saturni scilicet & Martis, & non dimittas cum hoc, cum inuenieris dominum nativitatis, ut aspicias extensionem radiorum planetarum ad Hylech, quia radix planetarum est res quædam fortis, nisi aspiciat cum eis Sol aut Venus, aut Jupiter, aut Luna. Quia aspectus horum frangit uirtutem malorum. Si uero fuerint mali in pluribus gradibus quam boni, non dimittas etiam cum hoc iaculationem malorum ad Hylech per radios suos. Sic & cum fuerit ille qui præest nativitati fortis, non peribit dominus nativitatis iussu Dei, sed inuenient eum distinctiones & labores iussu Dei, & liberabitur ab eis. Et cum inuenieris eum qui præest nativitati in ascendentे uel medio cœli, aut in angulo septimo, egressum de sub radis Solis, ac directum, nec fuerit in descensione sua, dabit annos suos maiores. Et si fuerit in quarto angulo qui est sub terra, aut fuerit in termino suo, aut in domo, aut in exaltatione, triplicitate uel facie sua, & fuerit orientalis dabit annos suos maiores.

Et si fuerit in undecimo aut in quinto, & non fuerit orientalis, nec fuerit in termino nec in domo, aut in exaltatione, aut in triplicitate uel in facie sua, dabit annos suos medios. Et si fuerit in secundo ab ascendentे uel in octauo, & fuerit in termino suo, aut in domo uel exaltatione, aut in triplicitate uel facie sua, dabit annos suos medios. Et si in nulla istorum fuerit, nec in termino, nec in domo, nec exaltatione, nec domo, nec triplicitate, nec facie sua, nec fuerit in descensione sua, nec in puteo, uel in loco in quo tristatur, dabit similiter annos suos medios. Et si fuerit in nono ab ascendentе uel tertio dabit annos suos minores, & si fuerit in nona ab ascendentе, & extiterit orientalis in termino suo uel in domo, exaltatione, triplicity aut facie sua, dabit annos suos medios, si fuerit nativitas diurna, & dominus qui præest ei diurnus fuerit; aut si fuerit nativitas nocturna, & ille qui præest, itidem nocturnus extiterit. Et si fuerit in sexto ab ascendentе, aut

Q. iij in duos

in duodecimo, & non fuerit in descensione sua dabit annos minores. Sed si fuerit in descensione sua in duodecimo aut sexto, & fuerit retrogradus, dabit menses iuxta numerum annorum minorum, id est, pro singulis annis singulos menses computando. Et si fuerit sub radijs Solis retrogradus in descensione sua, & fuerit in loco duodecimo aut sexto ab ascendentie, dabit dies iuxta numerum annorum suorum minorum, hoc est, pro singulis annis, singulos computando dies. Et si inueneris illum, qui praest nativitati, in angulo retrogradu, aut sub radijs Solis, dabit annos medios. Et si fuerit in sequentibus anguloru retrogradus, aut sub radijs Solis, dabit annos minores. Et si fuerit cadens ab angulis, & fuerit sub radijs Solis, aut retrogradus non poterit dare annos minores, sed dabit loco unius anni mensem. Et cum decernit ille qui praest annos, & aspexerint eum fortunae a quarto aspectu, uel ab oppositione, aut a sextili aspectu, aut fuerint cum illo in eodem signo, augent ei secundum quantitatem graduum, qui sunt in tempore horarum illius gradus in quo fuerit, pr uno gradu annum, si non fuerit ille qui auget retrogradus, aut sub radijs Solis. Et cum fuerint planetae qui significant augmentum in sexto ab ascendentie uel in duodecimo, nihil augent. Et si aliquis malorum planetarum aspexerit illum qui praest, ex quibuscumque aspectibus, a quarto, ab oppositione, a trino sextili, aut quoquo tandem modo cum eo fuerit, minuit illi secundum numerum graduum, qui sunt in tempore horarum illius gradus, in quo est in climate, in quo fuit nativitas, ad unumquemque gradum ex gradibus temporum horarum, annum unum, & inueni in quodam libro, sed non probavi, quod cum inueneris cum illo qui praest nativitati caudam Draconis non longe ab eo intra octo gradus, minuet ei quartam partem annorum, illius qui praest. Et si fuerit caput Draconis, ita minuet similiter quartam partem annorum. Et scito quod extensio radiorum planetarum fit a gradibus

gradibus æqualsbus, sed dat annos ad Hylech per gradus ascensionis, & nō dimittas donationem annorum ab ascendentे per gradus ascensionis. Et scito qnia cum duxeris diuisiōnē annorum, mensium, uel dierum à gradu Hylech, uel à gradu ascendentis ad unumquemq; gradum annum, mensēm, aut diem unum, quocunq; modo inueneris malum aspici, cum quo prouenerit gradus, quem deduxisti ab Hylech uel ab ascendentē. Et scito quòd gradus ad quem uenit diuisio, quem deduxisti ab Hylech uel à gradu ascendentis: Si aliquis horum quatuor fortunatorum aspexerit eam, euadet & liberabitur à morte, nisi sint gradus mali qui aspi- ciunt locum quo peruerterit diuisio, plures in gradibus, hoc est, nisi gradus mali in suo signo plures fuerint quàm fortunarum, hoc enim significat, quia durabit natus, donec transeant gradus, quos direxisti ab Hylech gradus fortunæ.


Cumq; transferint hos, & peruerterint ad gradus malos, significabuut tunc mortem. Et scito quòd cum fuerit nativitas, cui qui præest fuerit in loco forti, & malus radios suos su per gradum ligni uitæ, uel super gradum Solis aut Lunæ proiecerit, aut gradum Hylech qualicunq; aspectu tetigerit, non subiacebit natus morti, donec perficiat ille qui præest nativitatē, numerum annorum, quem significauit, secundum qualitatem loci illius in quo fuerit ex annis maioribus medijs aut minoribus, ex mensibus, diebus aut horis, si Deus uoluerit. Et exponam tibi iactum radiorum, intellige eum. Putant quidam iactum radiorum ita esse, planeta scilicet qui est in decimo recipit radios ab eo, qui respicit ex quarto ab illo, & ille qui est in quarto ab eo projicit radios suos ad eum qui est in decimo ab eo, & ideo nominatur iactus radiorum ad hos quatuor modos quos prædixi, quia ille qui est ante eum in quarto, projicit radios ad eum, qui est præpositus in decimo, aut ad istum qui est in quarto, quia ille qui

qui uadit ante eum, proiecit radios suos ad partem postposi-
tam similiter, quia ille qui est in Ariete, aspicit eum qui est in
Cancro, & ille qui est in Cancro proiecit radios suos ad eum
qui est in Ariete. Et conuenit maxima pars sapientum, ut pos-
serent illos quinque gradus qui sunt ante gradum ascenden-
tis de fortitudine ascendentis, in quibus cum fuerit Sol, dis-
cunt enim esse utilē, ut sit Hylech, cū fuerit receptus & Luna
similiter, à quibus & in cæteris locis inuenitur Hylech simi-
liter. Illū autem qui præest, uel qui significat donationē anno-
rum, cum fuerit remotus à gradu ascendentis, & fuerit in
quinque gradibus qui sunt ante angulum, dixerunt non posse
dare annos maiores, sed concedere annos medios. Verum
uisum est nobis sic aptare hunc librum, ut sciretur ille qui
præcesset & Hylech. Post hoc sciretur quid significaret de an-
nis, mensibus, diebus, aut horis. Cum uero nouerimus quid
habeat de his dirigamus à gradu Hylech, in quartum aspe-
ctum malorum, eorumque oppositionem pro inuestiganda
morte nati. Postea aspicimus utrum aliqua fortuna proieciat
lumen suum super locum gradus mali, an nō. Quod si fuerit
aliquis planeta fortuna, proiecens lumen suum super locum
luminis mali, liberabitur post dolorem. Post hoc diriges eū
etiam ad quartum aspectum alterius mali, & ad oppositio-
nem. Porrò dant etiam testimoniū mali morbo aut infirmi-
tati, cum fuerint in trino uel sextili aspectu. Quod autem sis-
gnificauerint de gradibus ab Hylech usque ad lumen, hoc est,
ad radios mali, dicimus quod erunt anni uel menses, seu dies
uel horæ, secundum quod significauerit ille qui præerit.
Cumque sciueris diuisionem quam significat ille qui præest,
utrum uidelicet sint anni, menses, dies, aut horæ, diriges ip-
sam diuisionem à gradu Hylech, usque ad quartum aspectum
malorum, & eorum oppositionem, ad mortem nati inuesti-
gandam.

Caput

CAPVT XII. QVÆSTIO DE
regno.

Interrogatio cuiusdam Ducis, quem posuit Rex Africæ,
& erat ipse, qui tunc præerat Africæ in contrarietate eos-
rum eis rebellis, & dignus depositione. Interrogauitq; Dux
utrum præficeretur ei quod Rex præordinauerat de Duca-
tu Africæ, an nō, & quid esset futurum de esse suo, & de esse
illius, qui præerat ei, iussu Dei.



Et erant planetæ eius talis figuræ, Aspexi hanc interroga-
tionem nutu Dei, & erant planetæ eius sicut narrabo tibi,
Erat ascendens Sagittarij nonus gradus, & Sol in Sagitta-
rio 8. grad. 15. minut. Et Venus in Sagittario, per 2. grad.
31. minut. Luna in Capricorno per 22. grad. 18. minut. Et
Saturnus in TAURO per 29. grad. 54. minut. retrogradus.
Et Iupiter in Virgine per 20. grad. 8. 50. minut. Et Mars
in Cancro in 25. grad. 10. minutis retrogradus. Et Mercurius
in Scorpione per 29. gradus. 18. minut.

Aspexi itaq; in hac interrogacione ad ascendens, & eius
dominum, & ad planetam, à quo separatur Luna. Fuitq;
ascendens Sagittarius, & in eo Sol ac Venus. Et Iupiter in
angulo mediū cœli directus, & est ex planetis altioribus, &
ipse aspiciobat utrasq; domos suas, & uniuersos quatuor an-
gulos in loco superiori & altiori. Et ex uniuersis angulis do-
minus interrogacionis digniore in loco scilicet exaltationis
domini interrogacionis & eius regni extabat, & Ioui iunge-
batur Sol & Venus, à domo sua, recipiebatq; eos à domo sua,
receptione fortis, Et Sol recipiebat eum per lumen suum, iun-
cta q; sunt testimonia super fortunam, nutu Dei. Et significa-
uit hoc fortitudinem domini interrogacionis, super inimicū
suum, & firmitatē eius honoris, & q; adipisceretur regnum suū,
quod pertingeret ad hoc, quod sibi commissum fuerat ab
imperatore suo, & esset in manu sua, nihilq; esset quod non
adipisceretur, nutu Dei. Post hoc aspexi ei, qui præerat Afri-
cæ, qui reputabatur rebellis, & contrarius, inobediens, ac
deponendus à Nadir, idest ab opposito ascendentis, & à do-
mino eius, & à planeta cui iungebatur Luna. Fuit autem
Nadir signum Geminorum, & nullus septem planetarum
erat in eo, & dominus eius erat Mercurius ex planetis infe-
rioribus, & ipse retrogradus erat & cadens ad signum duo
decimum ab ascidente, & iungebatur Saturno per directio-
nem suam ab oppositione, sed & Saturnus erat cadens in
signo

signo sexto ab ascendentे, & erat retrogradus. Significauera-
rat igitur Mercurius per retrogradationem suam ac descen-
sionem, & per eius coniunctionem cum planeta cadente &
retrogrado, amissionem eorum in quæ ingressus fuerat ille
inimicus & contrarius, hoc est, amissionem eius consilij, &
solutionem eius imperij. Et significauit casus eius in duode-
cimū ab ascendentе, & casus Saturni in sextum signum à
Nadir debilitatem cadentem in inimicum & aduersarium,
debilitatem scilicet fortem, & dispersionem illius congrega-
tionis, & casum nominis ac memoriæ ipsius, & amissionem
eorum, quæ sibi aptauerat & collegerat, & eorum destructio-
nem, nutu Dei. Post hoc aspexi domino interrogationis, etiā
à planeta à quo separatur Luna, & separabatur à Ioue qui est
dominus ascendentis, & Iupiter erat in angulo mediū cœli,
& ipse est ex planetis altioribus, habēs locum altiorem post
Saturnum. Significauit quoq; Iupiter nutu per altitudinem
et bonitatem loci eius, fortitudinem domini interrogationis,
& firmitatem eius honoris, & adeptionem eius principatus,
& eorum de quibus interrogauerat, de honore scilicet atq;
ducatu, quem ipsi commiserat Imperator eius atq; ordinat-
or iussu Dei. Deinde aspexi ei qui putabatur rebellis &
deponendus, qui & inobediens fuerat, à planeta cui iun-
gebatur Luna, & inueni quòd iungebatur Marti, & Mars
erat cadens in descensione sua, & retrogradus in octaua dos-
mo ab ascendentе, quæ est secunda à Nadir, & est locus au-
xiliatorum, siue militum eius qui suspicatur rebellis, & eius
substantiæ. Significauit etiam coniunctio Lunæ cum Mars-
te, & retrogradatio Martis atq; casus eius in suam descensio-
nem, solutionem illius operis inimici & aduersarij, & reca-
sionem eius à consilio quòd egressus fuerat, & pœnitentiam
eius super hoc quod mouerat, & eius subiectionē atq; amissio-
nem honoris, iussu Dei. Et significauit locus Lunæ in secun-
do à signo ascendentе, qui est initium interrogantis, & auxi-

liatorum eius, locusque eius substantiae, & Luna erat domina significatoris inimici & aduersarij, & significatrix militum eius, & auxiliatorum. Et erat Luna iuncta Marti ab oppositione, & unusquisque eorum recipiebat socium suum receptione forti. Significauit igitur nutu Dei introitus Lunæ (quæ est significatrix inimici & aduersarij) in Capricornum (qui est locus auxiliatorum domini interrogationis & locus substantiae) petitionem militum inimici aduersantis substantiae, petitionem scilicet impletionis spei suæ, de acquisitione substantiae, & quod accipient partem eorum quæ putauerunt nutu Dei, & quod ingrediantur in obedientiam, & adiutorium domini interrogantis post acceptationem eorum, in quibus habebant spem, hoc est, post dona data, quæ sese sperabant accepturos nutu Dei. Significauit quoque locus Lunæ in Capricorno & locus ♂ in ♈, quod non acciperent omne quod sperabant accipere, uel sicut putabant. Et significauit coniunctio Lunæ cum Marte ab oppositione, quod milites aduersarij essent in petitione substantiae importuni, hoc enim erat in termino eorum, & hoc petebant nutu Dei. Post hoc aspexi inimico aduersanti quid esset de esse illius futurum, & de esse illius qui succedebat. Aspexi igitur Mercurium qui erat significator inimici, aspexi scilicet cui iungebatur, & quis ei iungebatur, intenique eum iungi Saturno per directionem suam ab oppositione, qui est aspectus contrarietas & inimicitiae, & Saturnus erat dominus secundæ domus interrogantis, & dominus tertiae eiusdem, quæ sunt loca militum eius, atque auxiliatorum, & nulla erat inter eos receptio. Significauit igitur hoc quod ipse inimicus inueniet quosdam sibi oppositos, qui redderent sibi inuicem, & dimitterent eius uerbum, hoc est obedientiam eius, ex his fratribus & militibus nutu Dei. Post hoc aspexi utrius esset uictoria, ac regni adestio, à dominis eorum domorum, eò quod significatores erant cadentes ab angulis. Aspexi quoque illis qui pugnabat contra inimicos.

inimicum Mercurium aduersantem Saturno, & à domino
domus eius, & erat Saturnus cadēs, retrogradus, & domina
domus eius erat Venus, & Venus erat in angulo ascenden-
te combusta subradijs Solis. Significauitq; locus eius in
angulo in Sagittario, quod est signum commune reiteratio-
nem prælii, ab illis qui aduersantur inimico, hoc est, quod il-
lis qui aduersaretur inimico reiteraretur præliū bis uel plus,
& quod accenderentur zelo prælii, & significauit combustio
Veneris eorum consumptionem atq; fugam, & eorum de-
structionem nutu Dei. Post hoc aspexi eidem inimico ad-
uersanti, quæ esset eius fortitudo atq; uictoria, aduersus eos
qui aduersabantur ei. Aspexi itaq; ei à significatore suo, &
à domino domus eius, Fuitq; significator Mercurius, & do-
minus domus eius Mars, & Mars in Cancro in descensione
sua retrogradus, & significabat hoc debilitatem in initio ope-
ris eius iussu Dei. Aspexi quoq; utrum iungeretur Mars alii
cui qui eum confortaret, aut si iungeretur ei planeta aliquis
qui eum adiuuaret, inueniç; Lunam ipsi iunctam ab exalta-
tione Martis, & unusquisq; eorum recipiebat socium suum,
receptione forti. Significauit igitur hoc uictoriam inimici
aduersantis, de inimicis suis, & quod subijceret eos sibi, &
acciperet quicquid habebant in manibus suis de regno iussu
Dei. Deinde aspexi quid esset de domino interrogationis, &
inimico aduersante, & quomodo adipisceretur dominus in-
terrogationis regnum, & utrum habiturus esset id per præ-
lium an per pacem. Aspexi igitur Iouem qui erat significa-
tor domini interrogationis, & Mercuriū qui erat significator
inimici aduersantis, qui reputabatur rebellis, ex qua parte
circuli sese aspiciebant, inueniç; unumquemq; eorum pro-
cientem lumen suum super locum à sextili aspectu, qui est
aspectus pacis atq; concordiæ. Et hoc significauit quod ade-
ptio domini interrogationis in ihs quibus præerat, & eius
exaltatio super ipsum esset euentura per pacem & lenitatem, &

R. iij quod

quod inimicus qui potabatur rebellis peteret securitatem &
pacem, eò quod Mercurius redibat ad Iouem, & ipse
erat leuior harum duarum stellarum, ideoque
iungebatur ad hoc Ioui
nutu Dei.

FINIS LIBRI MESSAHALÆ *de receptione,*



Free copy for study purposes only - The Warburg Institute Digital Collections

UNIVERSITY OF LONDON
WARBURG INSTITUTE



Psalm. 89.
Beatus populus qui scit iubilationem.

